DE JURISDICTIONE
REGIÆ DOHANÆ MENÆPECUDUM
A P U L I Æ

O P U S

Uſque nùnc à nemine elaboratum, & nunc primùm in lucem editum: apprimè omnibus neceſſarium Judicibus, Advocatis, & Procuratoribus: necnon Baronibus, eorumque Officialibus, & aliis.

A U T H O R E

U. J. D. D. L U C A B R E N C O L A
in eadem Regia Dohana Advocato.

AUGUSTISSIMO IMPERATORI

C A R O L O VI.

Invictiſsimo, ac Hiſpaniarum III.
fęliciſsimo

D I C A T U M.

Digitized by Google

Ad Eminentiſſimum Dominum

MICHAELEM FRIDERICUM

Divinâ Miſeratione Titulo S. Sabinæ, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem de ALTHANN, Sacræ Cæſareæ, Reg æq; Catholicæ Maeſtatis actualem intimum Conſiliarium, Regnique Neapolitani Proregem, Capitaneum Generalem, &c.

AUTHOR

EPIGRAMMA:

Nobilitas tua, ſanguinis, & generoſa vetuſtas,
Egregium, MICHAEL, munus, & officium;

Principis erga tui vigilans æraria cura,
Auro confeſtìm quâ cumulata petis:

Quò mea vota feram; Tibi parvum præſto libellum
Regis ut in manibus tradere complaceas:

Zoilus & fugiat; clareſcat Numine tanto
Liber: & Ipſe Jocum, Te Duce, concipiam.

S. C. C. M.

Opuſculum hoc Majeſtati Veſtræ dono dari magnam quidèm imprudentiam eſſe confiteor, nàm minimus Ego in Mundo lictera-rio videor, opus exile eſt, & M. V. Princeps ille Maximus, quo majorem; immò æqualem Terra non ſuſtinet: Attamèn quia vulgò circumfertur, maximo Principi, parvum donum; Ideò temeritas mea, & excuſari, & tolerari poterit; eò magis quod opus hoc quæ valdè utilia ſunt, & neceſſaria Ærario Veſtro pro Tutela, & augumento ejus continet, ac tractat.

Opus quidèm perutile, ac valdè neceſſarium, Ærario veſtro inquam. Dùm in eo agitur de Juriſdictione, & proindè de privilegio Regiæ Dohanæ Menæpecudum Apuleæ veſtri Regni Neapolitani, quia experientià ſemper docente, ab amplitudine dicti privilegii, & fori, & ab eorum obſervantia pependiſſe ubertatem, ac divitias Regii Ærarii pro comperto habemus. Ideòque ſi temporibus noſtris ejus ubertas, & redditus ſuprà triplum non augeri videtur, & non comparat id, quod in principio decimi ſexti ſæculi ſupputabatur, cauſa quidèm eſſe agnoſcitur dicti privileggii, & fori in obſervantia, atque obſtaculum eorum, qui audentes ſumma Principis poteſtate indui, magnoperè Dohanalem Juriſdictionem odio habent: Horum durior pars ſunt aliqui ipſiuſmet Regni Proceres (exceptis optimis, prudentioribuſq;

Digitized by Google

quorum non minima, & melior pars eorum eſt, de quibus non loquor) qui toto conatu ſe quotidiè dictæ Juriſditioni, & privilеggio opponunt.

Unde ſi dictæ Dohanæ privileggium in viridi eſſet obſervantia, prout à ſupremis veſtri Regni Senatibus Regii Collateralis, & Summariæ Cameræ (in quibus viri maximæ integritatis, & eruditionis præſunt, quamplurimi ob eorum merita aliquo titulo, & feudo inſigniti) optatur, certè redditus Ærarii veſtri ſuperabundaret triplum ejus; Attamèn tantorum virorum magnitudo pro tollendis adversùs forum, & privilegium obſtaculis admiratione nimia ſatis non eſſe videtur! Qua propter hodie vix tertia parte priſci redditus gaudet Ærarium veſtrum, quod tempore Philippi IV. recolendæ memoriæ onuſtum quolibet anno ferè ſeptingentum mille aureis(1) agnoſcebatur, & hodie cum ſit idem Tabularium, eadem animalium capacitas, ſivè extimatio, vix biſcentum quatraginta mille annuis ducatis ditatur. Hujus detrimenti poſſunt aliquæ enumerari cauſæ (quas aliquandò fortaſſis exponam) ſed earum potiſſima propemodùm videtur fori derogatio, quià retardantur homines pro mena animalium, Terrarumq; cultura. Res quidèm deploranda, maxima pernicies parvo tempore comprehenſa!

(1) *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. de Regal. Impoſit. tit. 4. §. 8. n. 46.*

Proceres certè Dohanalem Forum undequàque opprimi ſtudent. Et ſi homines ad Dohanam recurrunt profeſſando pecudes, aliaque animalia, vel Terras Regis, ſivè ſolidas conducendo, iſtis illi mille parant laqueos, lites, & miſerias, nec eorum preces, quod pejus eſt, admictuntur; qua propter perhorreſcentes iſti infælices Primatum potentiam, lites, & minas, ſe abſtinent à dicta animalium profeſſatione, Terrarumq; conductione, vel cum Regii Ærarii maximo damno, & pernicie, eorum bona deperdere conantur:

Digitized by Google

nantur: Hinc quoquè ſit quod tot Regii Fiſci debitorum nomina deperdantur.

Ex hoc in dubium revocari, nefas eſt augumentum, detrimentum (nè dicam hàc tempeſtate totale Regiæ Dohanæ exitium) à foro pendere; Nam ſi forus prævalet, Majoriſque roboris eſſe videtur, undique feſtinant homines, veniuntq; ad menam, & Dohanam, ducendo animalia, & conducendo Regis Paſcua, atque pro cultura Terras ſolidas, reddentes Ærario veſtro magnos annales cenſus; quod ut plurimùm pro Foro, & privilegio fit (hinc Alphonſus ille ſapiens, & magnanimus conſultò privilegio, & foro ad Dohanam homines allexit) ſicuti continuò experientia hoc docet, ut docuit, quia vaſſalli à Baronum Jugo ſubtrahi cupientes, hoc medio ad Regiam redeunt protectionem, & Principis clementiæ ſe reſtituunt: hinc ſemper ac privilegium vilipendi, & forus non obſervari videtur, deſtructis Regni legibus, Regiiſque Dohanæ inſtructionibus, quibus aſſiduè fuit inviolabilis dicti privilegii, & fori obſervantia mandata, penitùs veſtri Ærarii redditus dirui agnoſcitur.

Alia mali tanti cauſa, quæ à noſtris Doctoribus in Regno (1) deploratur, eſt cumulus Juriſdictionum Baronum, quorum vix eſt unus, qui primam tantùm habeat inſtantiam, ferè omnes ſecundam, quamplurimi tertiam: Unde peſſundata (2) Regia Juriſdictione, eorum vaſſallis miſerè abutuntur. Quarè idem foret vaſſallis à tanta Baronum Juriſdictione ſubtrahi, ac labyrinto miſeriæ, & minimæ Fortunæ illaqueari: & antea ſpiritum redderent, quàm de manu illorum exirent. Oh! ſi Majeſtas V. C. C. (quotidiè iſti homines infortunati exclamant) tolleret illam, vel adminùs ſuſpenderet ſecundam, & tertiam inſtantiam! fælicitatis ſymbolum in ſpeculo videremus! Quid

(1) *Taſſon. de Anteſ. ver. 12. obſerv. 1. Merl. cent. 1. cap. 86.*

(2) *DeFranch. dec.370. n.8.*

Digitized by Google

Quid ergo ſi M. V. Juriſdictionem flocci venditam, nùnc maximè conſtantem reemeret? & quod peximum eſt in veſtro Regno Neapolitano in duodecim diſtributo Provinciis M. V. vix centum Civitates in Regio Demanio (1) poſſidet: Barones verò magis quàm mille, & ſexcentum inter Civitates, Terras, & Oppida, extrà alia Feuda inhabitata, & quæ ab Eccleſiis, Lociſque Piis: Univerſitatibuſque poſſidentur. Hìnc circumfertur Inviçtiſſimum Carolum V. feliciſſimæ memoriæ, dùm Regnum peragravit, hoc adnotantem, ordinaſſe Regiæ Cameræ Summariæ, Feuda devoluta, ac devolvenda in Regio remanere demanio, illaque ampliùs non vendi, & Univerſitates ad demanium admicti, & præferri: Quamobrèm his cognitis, negare quis poterit ex mente Regum politica, & æconomica non fuiſſe ſubditis per Dohanale privilegium aditum aperiri, ut faciliùs poſſent ob tot, tantaſque Baronibus factas alienationes, ad paternum Regis amorem redire? omnis ratio, omne jus hæc vult, & optat.

(1) *Taſſon. de Anteſ. ver. 14. obſerv. 1.*

Attamèn (res dictu mirabilis!) hæc Dohana ultrà dictam Regii Ærarii utilitatem, aliam magni ponderis Reipublicæ, ſivè Populis affert: Nàm Neapolitanum Regnum propter eam onuſtum, abbundans, negotiatoribuſque plenum cognoſcitur; pro emendis enim pecudum fructibus, lana, agnis, vitulis, generoſiſſimiſque Equis, frumento, frugibuſque è longinquis veniunt emptores, & numiſmata Regionibus: hìnc oritur Regni ubertas, fertilitas, & negotiatio; ac ipſi iidem Proceres adhuc Regiæ Dohanæ locati, iſtius intuitu magnoperè lucrifaciunt; & ditantur. Ipſa quoquè Dohana Ærario, & Reipublicæ neceſſaria, victui commodiora, prò veſtimentis aptiora hominibus ſubminiſtrat. De dicta Dohana Gens multa vivit, & operatur (quod

Re-

Regno ad evitandum otium valdè expedit)cujuſcumque generis, & ſtatus, Judices, Advocati, Procuratores, & Scribæ; Operarii, Paſtores, & hujuſmodi. Civitates ipſæ hyeme populantur, & abundantia gaudent. Loca, & Regiones, per quas Dohana ſtatutis temporibus aſcendit, & deſcendit: Et tamèn S. C. C. M. inter dictos homines ità vitam ducentes adſunt filii ingrati & iniqui, qui matrem Dohanam dilaniant,& conſultò in eam opponuntur, nihil cogitantes de Regii Ærarii,Reipublicæque jactura!

His adjungendam eſſe puto aliam dictæ Dohanæ perniciem, ſcilicèt occupationem veſtri Regii Paſcui, ſive Tabulerii ab aliquibus factam, etſi à M. V. annualem recipiant mercedem pro dicto Tabulerio. Quapropter locatorum oves integro non gaudent paſtu, & earum Dominii conari videntur ab occupatoribus paſcua præoccupata emere triplicato pretio ſupra illud, quo Curia veſtra illa diſtribuit. Factum herculè deplorandum!

Quid inquam! Quædam Provincia, antiquitùs Lucania, nùnc Baſilicata dicta in dicto Regno veſtro eſt ditiſſima, & animalibus abbundans, quibus, vel poſſet alia Dohana conſtitui, vel jàm conſtituta multum ditari, maximo animalium vectigali: Attamèn Proceres dictæ Provinciæ ſemper opponuntur, & prætendunt dictam Provinciam ſub veſtra Regia Dohana, ejuſque vectigali cadere non poſſe, etſi Lucani hoc non negarent, ac multis ab hìnc annis paſſi fuiſſent eorum animalia profiteri in dicta Dohana(ut ſe ab illorum vexationibus eximerent) pro ùt antiquitùs dicto vectigali ſubjacebant. At quod pejùs eſt, ſi aliquis ad profitendum ejus animalia in Dohanam veniat, litibus, & pavore Baronis agitatus, & quia validè non protegitur pro Dohanalis fore fruitione, pernecelsè habet a Dohana ſe abſentare; cujus exemplo

(1) *Dant. in Com. ad. cant. 3. Purgat.*

plo docti alii ad inſtar ovium Vatis (1) Hetruſci, ad Dohanam, & menam non veniunt: undè ſi forus Dohanalis dictis hominibus in viridi conſervaretur obſervantia, & inviolabilis, abſque dubio, ac ſine ullo negotio, vel alia conſtituenda eſſet Dohana, vel conſtituta valdè ſupra quintuplum augeretur magna Ærarii Veſtri utilitate. Hoc M. V. C. C. rejectis aliquorum ratiunculis, benè poſſet pro neceſſitate bellorum, Populorumque jactura evitanda inter Regalia (quod ſic eſt) conſtituere, vel renovare; immò conſtitutum obſervari jubere; eò fortiùs, quod pluſquàm vectigal fortaſsè ſolvendum, quolibet anno Lucana Gens ſolvit Regiis Exactoribus, lite in Regia Camera pendente, abſque eo, quod aliquid minimum Ærario veſtro uniatur, ac ſubintret. Nonnè ergò juſtum, piumque eſſet litem tollere, Ærarium veſtrum augeri ſolutione tantummodò ejus, quod annatìm exactoribus ſolvitur? immò taliter effuggeretur eorum vexatio, & ſumma pernicies.

Hic tandèm multa adeſſe remedia opus eſt confiteri pro obſervantia dicti Fori Dohanalis, & privilegii, abſque ullo negotio practicabilia, quibus ditiſſimum redderetur Ærarium veſtrum; M. V. ea mandare poſſet, & abſque Tertii præjudicio, legum, ſtatutorumq; derogatione, nec utendo ſuprema Regis poteſtate exequi jubere; ſed ſolummodò unicuique ſuum tribuendo. Eorum aliqua in hoc opuſculo deſcribuntur, aliqua verum ſub colore ponuntur, ſicuti rectè legenti, benèque intuenti patebit, a iqua tandèm non ſine juſta cauſa præteriuntur. Præterèa M. V. Principi maximæ prudentiæ, & intelligentiæ ſcribo, qui oculi ictu omnia comprehendit, & percipit.

Verùm tamen eſt, quod adhibitis iis remediis, quibus præſens ſtatus Regiæ Dohanæ magnoperè indiget,

diget, certum eſſe fateor, quod redditus ipſius valdè ſupra quatruplum, & quintuplum augeretur: unde uberior fieret redditus veſtri Ærarij, & melior conditio Reipublicæ.

Tandèm M. V. præoculis ſempèr habere cupio Tribunal, privilegium, ac forum Regiæ Dohanæ æconomica, & politica ratione fundatum fuiſſe. conſervari, augerique poſſe: Quamobrèm non debetur de illo per tramites juris, ſubtilitateſque diſceptari, & controverſias diſputari. At tantumodò mente recoli, & fixè teneri finis dicti privilegij, & fori, ideſt ubertas Regii Ærarii, bellorum neceſſitas, Reipublicæque commoditas, conſervatio, & tranquillitas, quæ ſine militibus, ſtipendio (1) & vectigali haberi non poſſunt:

(1) *Tacit. lib. 2. Hiſtor.*

Dignetur M. V. C.C. hæc omnia grato animo accipere, erroribus, & audaciæ indulgeſcere, & me ſub veſtra ſpeciali protectione (ſub quà hæc omnia ſcribo) fide, & amore tueri; & humiliter pedibus veſtris me ſuppono.

M.V.C.C.

Fogiæ die 1. menſis Auguſti 1724.

Humillimus Servus
Lucas Brencola.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS LECTORI AMICO.

SUmmi Factoris providentia, quà Mundus regitur, continuò ſe providam geſſit, & gerit circà quæ dirui videntur; Undè labentibus rebus, remedium prævenit; ità tempeſtate noſtra, quia videtur everti Regia Dohana, ejuſque ſtatus in collapſum ire; ideò motus fuit noſter Author ad ſcribendum ea, quæ ad conſervationem ejuſque Regiæ Dohanæ, Regiique Ærarii, augumentum apprimè neceſſaria ſunt. Eò fortiùs, quod à temporibus antiquis uſqne nùnc ſimilem periclitationem Regiæ Dohanæ, ejuſque fori, & privilegii tergiverſationem, Jurisdictionis annichilationem, maximo Regii Ærarii detrimento non legimus; nec in tot ſæculis opus aliquod Jurisdictionis, Privilegii, & Fori dictæ Regiæ Dohanæ ſcriptum invenimus; quare à te gratum haberi cupio Opus hoc J. U. C. D. Lucæ Brencolæ Patritii novi Siponti, Advocati ejuſdem Regiæ Dohanæ, in quo ejus naturali ſinceritate, ſimplicitate, & ſolita veritate oſtendit variis Capitibus vim, ac virtutem dicti Privilegii, Fori, & Jurisdictionis, legibus fundatum, & cauſa ipſius Privilegii; quando locum habeat, vel non, & in quibus cauſis, ac perſonis; in quo ne mireris, ni videris deciſiones adduci, aliaque ſimilia, ſive exempla deciſa, tùm qnia in Archivio Dohanali ſàt abundè non habentur, tùm quia exemplo non

in-

indiget, quod ratione, anima Juris fundatur; Opus quidem intellectus, cum anteà nemo fuit, qui hæc ſcripſiſſet; In eo non diſputantur Religionis controverſiæ, neque Philoſophorum initia, aut Terræ phænomena; Sed ſolidiſſimo jure, ſapientùmve dictis Regiæ Dobanæ Juriſdictio propugnatur, atque fundatur; Omnibus maximè neceſſarium, Judicibus ſupremorum Senatuum, Tribunaliumque omnium, Baronibus, eorumque Officialibus: Advocatis, & Procuratoribus, Litigantibus, Subditiſque ipſis, ut plenam Juriſdictionis notitiam habeant; & taceant Scioli, qui ad inſtar arundinis vento agitatæ, nunc hùc, nunc illùc contra forum Regiæ Dobanæ trahuntur.

Noſter Author quam primùm in lucem quoquè dabit praxim, non tamen fori, quæ cum aliis eadem eſt, ſed vectigalis exigendi ſuper animalia, profeſſationis illorum, reintegrationis, ac eorum omnium, quæ in Dobana tractantur. Necnon omnes Inſtructiones dictæ Dobanæ, ejuſdem leges, proùt dictatæ fuerunt. Vale.

Digitized by Google

Privilegium Regiæ Dohanæ ab Alphonſo I. Aragoniæ Rege conceſſum.

ALPHONSUS Dei Gratia Rex Aragonum, Siciliæ citrà, & ultrà ſarum, Valentiæ, Jeruſalem, Ungariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinone, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceritaniæ. Nobili, & egregio viro Franciſco Montlober familiari, & fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem. In adminiſtratione noſtrorum agendorum fiſcalium viros aptos, & probos diligenter exquirimus, qui providi ſunt, & idonei, ac ſufficientes practica laudabiliter approbati: Hæc itaq; in vobis prædicto Franciſco, qui nunc uſque officium a nobis obtinuiſtis Menæ, ſeù Dohanæ pecudum in partibus Apuleæ in annis præſentis, ſeptimæ, octavæ, nonæ, & decimæ indictionis, vigore probabiliter cognoſcentes, & aliter oſtendentes veſtram approbatam ſufficientiam, & diligentiam in ejus adminiſtratione Dohanæ, ex quibus ſperamus, quod illud adminiſtrabitis laudabiliùs in futurum, & aliis cauſis, & rationibus dignè moventibus mentem noſtram; Vos eundem Franciſcum Montlober, quem ſemper fuit, & eſt intentionis noſtræ in dicto Officio remanere in Commiſſarium, Dohanerium, Procuratorem, & Nuntium noſtrum ſpecialem ad conducendum, & congreandum pecudes, & animalia groſſa ad dictam Dohanam, ſeù Menam more ſolito, in Apuleæ partibus, ut conſuetum eſt fieri in Provinciis Pennæ, Capitanatæ, & Terre Barii, tàm pro inſtanti anno undecimæ indictionis, quam ſingulis annis futuris, vita veſtra durante, & donec vixeritis, cum illis poteſtatibus, præheminentiis per nos vobis annis præteritis, conceſſis, & attributis, & cum quibus hactenus in dicta Dohana præfeciſtis; Tenore præſentium proprii noſtri motus inſtinctù aſſumimus, ſtatuimus, ac etiam ordinamus, recepto priùs à vobis de officio ipſo exercendo fideliter, & legaliter corporali, & debito ad Sancta Dei quatuor Evangelia Juramento dantes, & concedentes, vobis de dicta certa noſtra ſcientia ipſarum tenore præſentium pro executione, & adminiſtratione dictæ Dohanæ plenariam, liberam, & omnimodam poteſtatem, & authoritatem, quod de noſtra ordinatione beneplacito, & mandato poſſitis, & valeatis largè, & amplè ſalvum conductum, aſſecurationem, affrancationem, & plenariam affidationem facere, & concedere omnibus,

& qui-

Digitized by Google

& quibuſcumque tàm Regniculis, quàm exteris, cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis, ac dignitatis exiſtant, tàm Comitibus, quam Baronibus, Dominiſque Univerſitatibus Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum; Ac aliis ſpecialibus perſonis, Mercatoribus, Gregariis, Conductoribus, Paſtoribus, Factoribus, & perſonis aliis quibuſcumque in genere, & in ſpecie, qui conducunt, ſeù conduci facient, & conduci voluerint, & affidare voluerint ad dictas partes, Provinciarum, Pennæ, Capitanatæ, & Terræ Barii, tàm pro anno undecimæ indictionis, quàm pro aliis annis in futurum omnem, & quamcumque quantitatem pecudum, & animalium groſſorum adhibernandum, & paſculandum in Provinciis prædictis, & alia promictere, & concedere eiſdem conducentibus, quæ conſueta ſint promicti, & concedi, & fieri debere per vos videbuntur meliùs pro expeditione Menæ, & Dohanæ pro utilitate noſtræ Curiæ ſupradictæ, promictendo, & acceptando, ex nunc in anteà omnem promiſſionem ſalvum conductum, convenctionem, & pactum tam de prætio fidæ, non obſtantibus bannum, quam de emptione herbagiorum, paſcuum, ac locatione pæcudum in locis, & herbagiis, & aliis vobis viſis ſpectantibus ad Dohanam, & Menam prædictam, tam oretenus, quàm in ſcriptis ſupradictis Patronis conductoribus animalium prædictorum ad quecumq; numerum aſcendat, tam ipſis, quam aliis eorum parte, & promiſſa per vos ſervare, & ſervari facere omnibus, & cuilibet ipſorum conjùnctim, & diviſim, quantum ſi nos propriè feciſſemus, & per nos facta forent, acceptando omnia banna per vos facta, & facienda pro cauſa prædicta in quibuſcumq; nundinis, ſeù mercatis, & pro meliori cautela affidatorum prædictorum, & eorundem conducentium animalia ipſa, nos ipſarum tenore præſentium nunc pro tunc ſub verbo, & fide noſtra Regis, ac ſub obligatione omnium noſtrorum bonorum mobilium, & ſtabilium, præſentium, & futurorum aſſecuramus, & affrancamus perſonas dictorum conducentium, & aſſecuratorum, & aſſecurandorum per vos, nec non mercantias, res, bona, & animalia ipſarum, & cujuslibet eorum Gregariorum, Paſtorum, & Miniſtrorum pecudexiorum factorum, infantium, & aliorum quorumcumque, cum animalibus ſupradictis, quod poſſint cum eorum bonis, & rebus prediċtis liberè diſcendere ab eorum domibus, & manſionibus, ac venire, & applicare, & ſtare, & morari in eiſdem Provinciis Pennæ, Capitanatæ, & Terræ Barii, & ab illis diſcedere, & accedere cum dictis eorum beſtiis, mercantiis, rebus, & bonis prædictis, quò voluerint, & eis placitum, & gratum fuerit abſque impedimento aliquo, noxia, ſive damno reali, ac perſonali, quod per nos, & noſtras gentes equeſtres, & pedeſtres recomiſsos adherentes, ſervitores, familiares, vaſſallos, & ſubditos fieret, ſeù fieri poſset modo quocumque Patronis eiſdem, etiam ſi inimicarentur, & inimici eſsent, & guerram haberent, nè aliquorum Dominorum, vel ſpecialium perſonarum,

narum , aut repreſalias fecifsent aliquibus ſupradictorum Dominorum, Comitum , & Baronum , Ducum , & quorumcumq; Univerſitatum , tam de Regno , quam extra Regnum , etiam vobis authoritatem plenariam concedentes , quod poſſitis , & valeatis promictere , & affidare omnes venientes ad dictam Menam , & Dohanam , quod poſsunt ſecurè venire cum eorum beſtiis , & bonis , non obſtantibus quibuscumq; repræſaliis , pœnis , & aliis occaſionibus , quas pro tempore prædicto , & futuro noſtra Curia modo quocumq; haberet prætenderet , contra prænominatos Dominos , Duces , Comites , Barones , & Univerſitates prædictas , quæ omnia , & ſingula per vos promictenda cum obligationibus ſupradictis volumus , quod ſint tantæ efficaciæ , ſeù valoris ; quantum ſi forent per nos promiſsa , & nihi omnìù , concedentes vobis pro exercitio dictæ Dohanæ , quod diffuſum , & amplum eſt expenſas neceſsarias facere tam pro emptione herbagiorum , & paſcuum pro ſuſtentatione pecudum ; & aliorum animalium , quàm pro Salariis Subſtitutorum , ac ſtipendiis Gabellariorum , Guardianorum , Curreriorum , & aliorum neceſsariorum ad dictam Dohanam dirigendam , ſecundum quantitatem , & numerum animalium deſcendentium , & ſecundum vobis videbitur neceſsarium ex caſibus , qui poſsent caſualiter evenire prò ſubventione dictis pecudibus , & animalibus aliis , quas expenſas per Curiam noſtram in veſtris computis acceptari , & audiri jubemus , abſque nota cujuslibet quæſtionis , vel dubii coſtando de ſolutione dictarum expenſarum per Apodixas ; utitur alia legitima inſtantia , & nè Conductores , ſeù Patroni dictorum animalium affidantium , & conducentium poſſint in aliquo aggravari , ſeù moleſtari à Patronis herbagiorum , & paſcuum prædictorum , tam in paſcendo , quam in deſcendendo , & aſcendendo vobis tenore præſentium dicimus , & mandamus , quod ſupradictis perſonis herbagiorum , & paſcuum , ubi dictæ pecudes , & alia animalia groſsa morabunt , ſolvatis Jus dictorum herbagiorum , & pecudum , habita tamen conſideratione juxta ſterilitatem , & penuriam herbarum , quæ fuerint in locis , & territoriis herbagiorum ipſorum , quæ pæcunia per vos ſolvi debeat pro parte noſtræ Curiæ per totum menſem Aprilis cujuslibet anni , pro ea quantitate , quam juſte , & debitè habere debebunt , de quà per vos dari volumus Bancum ſufficiens , de quò vobis ſimiliter concedimus poteſtatem ad hoc , ut dicti Conductores pecudum , & animalium a Patronis herbagiorum , & paſcuum , nullas angarias indebitas , ſeù reprenſalias , & extorſiones modo aliquo non habeant , & nulla veniat altercatio inter eas , cum ſic omninò fieri volumus , & jubemus pro bono ſtatú fidelium dicti Regni , propter quod requirimus , & actamen omnes , ſingulos Eccleſiarum Prælatos nihilominus mandantes omnibus Marchionibus , Ducibus , Comitibus , Baronibus , Terrarum Dominis , Univerſitatibus , & ſpecialibus perſonis , & ſignanter Dominis , & Patronis dictorum herbagiorum , &

pa-

Digitized by Google

paſcuum præſentibus, & futuris Dominis ad pœnam uniciarum auri mille ab eis, & quolibet ipſorum, ſi ſe ùs fecerint pro parte noſtræ Curiæ, vicibus ſingulis irremiſſibiliter exigendum, quatenùs de ſupradicta Dohana ſe nullatenus intromittat neque paſtoribus, aut beſtiis, & animalibus prætextu ſolutionis herbagiorum paſcuum, aut alterius cauſæ modo quocumque impedimentum aliquod inferant, ſive damnum, volumus etiam, & vobis tenore præſentium committimus, & mandamus, ac prædictis Eccleſiarum Prælatis, Magnatibus, & Dominis per præſentes notificamus, & ad eandem pœnam mandamus ſi contra fecerint; Quod ſi pecudes, & animalia ipſa per inadvertentiam Paſtorum paſcerent, aut damnum facerent in agris, & territoriis ſervatis, & prohibitis, quod nullam pœnam propterea incurrant patroni dictorum pecudum, & aliorum animalium, ſed illi, qui damna paſſi fuerint, omninò recurſum habeant ad vos prædictum Commiſſarium, factaquæ priùs per vos extimatione de damnis illatis ad arbitrium duorum proborum virorum ad illa expertorum faciatis emendam debitam dictis damna paſſis, juſtitia mediante, & ſine mora aliqua ſolvere; Et quia inter Conductores dictæ Menæ Paſtores, Gregarios, & Patronos dictorum pæcudum, & aliorum animalium ſolent rixæ, & controverſiæ diverſarum cauſarum ſepiùs venire, de quibus rixis, controverſiis, & cauſis vos tantum cognoſcere volumus, propterea vos prædictum Franciſcum Judicem, Gubernatorem, & Capitaneum ſuper dictis Conductoribus Paſtoribus, Gregariis, & Patronis, & ſuper eorum rixis, & controverſiis ſtatuimus, ac etiam ordinamus cum plena Juriſdictione civili, & criminali, mero, & mixto Imperio, ac gladii poteſtate, & quod emolumenta, & proventus exindè executura vobis acquirantur, ita quod nullus præter vos de dictis Hominibus, & Dohanæ, & caſibus quibus vis emergentibus inter eos ſe modo aliquo intromittat, etiam ſi per aliquos auſu temerario inductos dicta Dohana fuerit deprædata, ſeù damnificata, poſſitis, & valeatis deprædantes, & maleficentes punire, & caſtigare in perſonis, rebus, bonis, eoſque affiggere, & ſuſpendere, & ultimo ſupplicio condemnare, de quò vobis ſuper hoc plenam authoritatem, & licentiam attribuimus, quibuſcumque litteris, cædulis, ſeù ſcripturis factis, ſeù faciendis, & Commiſſionibus factis per nos de dicto Officio Menæ pecudum, quibuſcumque hominibus, & perſonis huic fortè contrariis, nullatenus obſtituris, qui fortè reperiantur, nullius eſſe volumus roboris, & momenti; Mandantes ipſarum præſentium tenore de certa noſtra ſcientia ſub pœnis ſupra contentis, vicem gerentibus Juſtitiariis, Gubernatoribus, Capitaneis, Officialibus noſtris dicti Regni noſtri Siciliæ citra Farum majoribus, & minoribus, & ſignanter in Provinciis Pennæ, Capitanatæ, & Terræ Barii, Comitatus Moliſii, & utriuſque Aprutii conſtitutis, eorumque Locumtenentibus, præſentes litteras inſpecturis, præſentibus, & futuris, ceteriſq; hominibus,

nibus,

nibus, & perſonis cujuſcumque ſtatus, & dignitatis exiſtant, ad quos ſeù quem præſentes prævenerint, quatenus de dicta Dohana, & Mena, ac Patronis, & Conductoribus animalium, & pæcudum, & de aliis ſuperiùs antedictis, aliqua ratione, ſeù cauſa ſe nullatenus debeant intromictere, ſed illos cum eorum bonis, & armis quæ ferre ſolent in quibuſcumque locis dicti Regni ſtare, morari, & negotiari ſine impedimento permictant vobiſque, aut alteri veſtri parte in præmiſſis, & circa præmiſsa, & in quibus eos requiſiveritis aſſiſtant, & faveant, & aſſiſti, & faveri mandeant, & faciant auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis, & ad omnem veſtram requiſitionem procedant rigidè, & potenter contra ſupranominatos Magnates, Comites, & Barones, & perſonas alias ſuperiùs nominatas, qui fortè mandantis, & ordinationibus ſupradictis obedire voluerint juxtà præſentium ſeriem, & tenorem, & contrarium non faciant, ſi gratiam noſtram caram habeant, ac iram, & indignationem noſtram cupiant evitare, & nè in promiſſis propriis ſumptibus laborare cogamini, gagia vobis ad rationem deducatis, & ſeptigentis per annum pro ut anniſsam præteritis fuerunt per nos vobis ſtabilita, pro dicto inſtanti anno undecimæ inditionis, & ab inde in antea anno quolibet, dum vixeritis tenore præſentium de noſtrà certa ſcientia ſtabilimus, retinenda per vos de pæcunia recolligenda, & percipienda dicti veſtri Officii, ratione quorum retentionem per vos faciendam ex nunc, pro tunc anno quolibet vobis earundem tenore præſentium in veſtro ponendo computo acceptamus, & acceptari volumus, nullis cautelis aliis, quam præſentibus à vobis quolibet anno requirendis, quam de retentione ipſa, vobis anno quolibet fieri debenda de gagiis ipſis ad plenum, & certitudinalitèr vobis conſtat, in cujus rei teſtimonium præſentes licteras exindè fieri fecimus, & pendente Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri; Datum in Civitate Tiburis die prima Auguſti decimæ indictionis, anno à natiuitate Domini 1447. Regnique citerioris Siciliæ, anno decimo tertio, aliorum vero Regnorum trigeſimo ſecundo - Rex Alphonſus.

CAP.

C A P. I.

De Dobana Menępecudum Apuliæ.

DOhanæ nomen generale eſt, ſub ſe multa regalia comprehendens, fiſcaliumque (1) jurium cumulationem importat. Speciale verò noſtræ Dohanæ eſt a Mena animalium, quæ hyeme ad paſcua veniunt Apuliæ, cujus loca ob aeris (2), & herbarum fertilitatem aptiora videntur: Hinc ſumpſit nomenclaturam, Dohana ſcilicèt menępecudum Apuliæ, cujus vectigal (3), ſivè jus fiſcale eſt pecora fidare in ſuis paſcuis deſignatis, ad quæ illa cogendi jus habet, ut hyemali tempore ad paſtum *pro utilitate Regiæ Curiæ veniant*.

Vectigal, quod eſt nervus (4) Reipublicæ, hujus Regiæ Dohanæ antiquiſſimum eſſe, exactumque fuiſſe ex tempore Romanorum, Roſinus (5) teſtatur; quod vectigal paſcuorum, ſivè pecuarium dictum fuit; & priùs ſcriptura (6) vocabatur; & exigebatur olìm in (7) Italia, ac præſertìm in Apulia, ob ejus (8) feracitatem; Undè Lucanus cecinit, comparans ignem paſtorum appulorum rogis Theſſalicis:

Sic ubi de paſtis ſubmittere gramina campis,
Et renovare parans hibernas appulus herbas,
Igne fovet terras, ſimul & Garganus, & arva
Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini

Ad totum id conſonat aliquomodò lex Thoria agraria, quam tulit Sp. Thorius (9) tribunus plebis: Regni conſtitutio, *cùm per partes Apuliæ*, Ritus Regiæ Cameræ ſub *rubr. 16. de jur. affidat.*, ac Doctores (10) noſtri: Regimque Regni ordinatione adhùc cautum nonnullis exemplis Freccia nobis (11) oſtendit, cui ſe ſubſcripſerunt aliqui Doctores, ut de Ponte (12) (& in eis additionibus

C jura

(1) *Mol. de re Fiſc. § 14. 18. & § 6. de jur. Dohan.*

(2) *Frec. de ſubfeud. lib. 2. author. Baron. 46. n. 16.*

(3) *Hottom. in comment. verb. jur. ver. vectigal. Mont. de regal. § vectigalia n. 1. Rendel. de paſc. par. 1. cap. 2.*

(4) *Cicer. in Orat. prò Pomp.*

(5) *In lib. 10. cap. 2. Antiquit. Roman.*

(6) *Roſin. loc. cit., & Gruter. lib. 3. cap. 17. de Offic. Dom. Auguſt.*

(7) *Idem Gruter. loc. cit. & Cicer. Orat. 2. in Verr. Lipſ. de Magnit. Roman. lib. 2. cap. 1. Sigon. de antiq. jur. civ. Rom. lib. 1. cap. 16.*

(8) *Varr. de rer. ruſt. cap. 1. lib. 2. Cdofr. in l. 1. Cod. de paſc. publ. lib. 11. Ages. ad dec. Mol. de Doban. menæp. Apul. § 3.*

(9) *Appian. lib. 1. de bell. civil. Roſin. antiqu. Roman. lib. 8. cap. 10. de legib. agrar.*

(10) *Rendel. de paſc. cap. 2. de Pont de poteſt. Proreg. de regal. tit. 4. § 8. Borrel. de Magiſtr. edict. lib. 4. cap. 6.*

11 *De ſubfeud. loc. cit. num. 15. in fin.*

(12) *De poteſt. Proreg. de regal. impoſit. tit. 4. § 8. n. 56. & Thor. in additión. n. 46.*

jura pro dicto vectigali Thorus aliquantulùm tuetur) Montanus (1) , ac Oterus , & (2) Bondenus.

Dohana hæc in Apulia permanet, quæ nunc dicitur plana , antiquitùs (3) Daunia , ſuis circumdata finibus , aere calida , herbis abundante : Et totus hic locus, vel ager à Regia Curia captus dicitur *Tabulerium*, in quo hyeme animalia paſtu gaudent , & certo ſoluto pretio (in quo includitur juxtà herbagii merces) ad dictum Tabulerium veniunt: Aliqua pars verò dicti Tabulerii pro cultura agricolis majori pretio locatur , nè deficiat annona.

Hoc idem vectigal , quia fiſco Regis (4) *ſolvitur*, volunt aliqui inſtitutum (5) fuiſſe Normannorum tempore à Rege Rogerio , & Gulielmo ; Quod non verum apparet ex dictis : Sed potiùs ab eis fuit confirmatum, ac in meliùs eſſe redactum, prout in ſæculo XIII. à Rege (6) Federico II. Deindè ampliatum , reſtauratumque ab Alphonſo I. Aragoniæ Rege Neapolis XVI. à Regina Joanna II. adoptato , qui debellatis inimicis , pacatiſque Regni rebus , ſub anno 1447. commiſſionem (præinſertum ſc. privilegium) Franciſco Montlober jàm antea Deputato ad hujus Dohanæ menam pro guberno illius , ut congregaret *more ſolito* animalia , ac faceret quæ *viderentur meliùs* pro dicta Dohana , & Regia Curia , ordinavit , ac direxit.

Deindè ſemper ſucceſſivè , & à Regibus ſtatus Regiæ Dohanæ , & forus fuit commendatus , ac obſervari juſſum diverſis eorum diplomatibus, & noviſſimè in anno 1722. ſub die quarta Julii à C. C. M. Imperatoris noſtri feliciſſimi, invictiſſimi, Auguſtiſſimi Caroli VI., Hyſpaniarum III.

Hæc Dohana Apuliæ gaudet primo Orbis inſtituto , & Diſciplina , quibus primi homines utebantur , Agricultura ſc. quam Cain , (7) & pecuaria re , quam Abel exercuit. Undè non mirum, ſi antiquiſſimum ejus vectigal diximus , nam rem ruſticam primorum hominum exercitium fuiſſe in mundo , non eſt qui dubitare poſſit , cùm Sa-

(1) *De regal. in verb. armanniæ.*

(2) *In tract. de jur. paſc. cap. 39. in obſerv. n. 13.*

(3) *Clover. in introduct. geograf. lib. 3. cap. 29.*

(4) *L. 2. §. ſi quis, ff. nè quid in loc. public.*

(5) *Frecc. loc. cit. n. 12. in fin.*

(6) *Scial. de for. compet. cap. 2.*

(7) *Geneſ. cap. 4.*

Sacræ nobis id texxentur paginæ ; quia primi homines rem talem exercitarunt ; poſt quos Abraham, & Loth pecuariæ (1) rei ſe dederunt: Deindè Jacob à quò Egyptum cura gregum (2) translata fuit : Undè ut plurimum a dignioribus hominibus culta ſemper fuit, ac videbitur. Sic paritèr & agricultura ſuum habuit progreſsum ; A' Saturno enim in Italiam ex Egypto (3) traducta; ac veluti apud Romanos valdè exercita fuit penès homines celebriores, ad quam ſtrenuiſſimi quoquè Duces otii tempore (4) ſe reſtituebant. Quamobrèm hujuſmodi exercitium nobilitati non derogat, & ejus ſola vetuſtas prò nobilitate eſt, ut in ſimili caſu cecinit (5) Poeta.

Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos.

continet etiam amænitatem, cùm utilitate ; imò dicemus neceſſitatem ; nam homines vitam ducentes ruſticam ab omni cura, labore, ac pernicie ſunt immunes, & artem ſimpliciſſimam agunt, occupationem jucundam, ac dulciſſimam trahunt, teſte (6) Ovidio

Aſpice labentes jucundo murmure rivos,
Aſpice tondentes fertile gramen oves.
Ecce petunt rupes, præruptaque ſaxa capellæ,
Jam referunt hædis ubera plena ſuis.
Paſtor inæquali modulatur arundine carmen.

& clariùs (7) Horatius.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut priſca gens Mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis.

Quàmobrèm ſinè utraque diſciplina nos veſtimentis indui, pannis tegi, ac cibis educari impoſſibile foret. Imò neque vivere poſſemus, niſi ad victum neceſſaria, ac utilia agriculæ, & paſtores nobis ſubminiſtrarent, coriacea, & quæ omnia humanæ vitæ apta ſunt, & bello neceſſaria, veluti equos prò militibus, (8) & alia prò victu pecora, quæ adhuc Dohanam ſequuntur. Hinc noſtra Dohana hominibus ac vitam, Regni ad Erarium, Reipublicæ ad tranquillitatem neceſsaria tribuit; quarè toto conatu, omni jure, qualibet po-

(1) *Genes cap.13.*
(2) *Ioſeph lib.1. contr. apron. Cal. lib.16. antiq. cap.3.*
(3) *Valer. lib.32. hyerogl. fol.128. lit.B.*
(4) *Cic. in orat. pro Roſc. amer. Tiraqu. de Nobil. cap.32.*
(5) *in lib. 11. Eneid.*
(6) *de remed. amor. lib.1.*
(7) *in epod.2.*
(8) *Oter. de paſc. in præfat.*

Digitized by Google

litica ratione ejus privilegium ampliari , forus extendi debet , & homines ad eam venientes amplecti, ſubditoſque protegi oportet.

CAP. II.

De Jure Regii Fiſci prò exactione vectigalis bujus Regiæ Dohanæ.

SI lex, quod fit, permictat, jure (1) fieri, legitimumque vocatur: Videamus ergò ſi leges hoc jus permictant, & approbent.

Initio rerum Populus, & Civitates ſine certa (2) lege erant: Gens confusè vivebat; Quarè cognoſcens legum incertitudinem, ſe Regi ſubmiſit, (3) & omnia lege Regia in Regem tranſtulit. (4) Hinc agnovit indè Regis (5) jura in quem conſentiit. Fas igitur erat Regi aliqua tribui, ut condignè ſe ſuſtentare poſſet; Quamobrèm fuerunt ei a Populo conceſsa (6) regalia (jura ſe illa, quæ ſuperiorem non (7) admictunt) flumina videlicet, (8) paſcua, Maria, & ſimilia prò ejus decore, Reipublicæque (9) ſalute tuenda, hominum tranquillitate, ac adminiſtranda juſtitia; Secùs enim privatorum bonis legitimè Rex uti poterat, ac Populus prò ſubminiſtratione pecuniarum adſtringi. Quarè conſultò in Regem Populus ea jura tranſtulit, (10) ſivè proventus, ex quibus pecunia colligi poſset: De quibus tamen bonis, & juribus aliquando Rex privatis perſonis aliqua concedere ſolet.

Auctis indè hominibus, Civitatibuſque, ac urgente bellorum neceſsitate, nec ſufficientibus eorum regalium redditibus, pernecefse fuit tributa, & vectigalia Regi conſtitui, & conſtituta non ſine (11) delicto negare: Undè volunt aliqui tributa a Mundi exordio initiata fuiſse, (12) & non ſine ratione, ſicuti *Gregorius Theologus* (13) pondera-

(1) *l. quis ſit fugitius, §. apud Labeonem. ff. de adelit. edict. cap. quid dicam* 14. *qu.* 4.

(2) *l.* 2. *ff. de Origin. jur.*

(3) *dict. l., & Reg. lib.* 1. *cap.* 8.

(4) *l.* 1. *ff. de Conſtitut. Princip.*

(5) *dict. l.* 1. *Reg. cap.* 8. *Montan. in prælud. nu.* 8. *& ſequ. de regal.*

(6) *Montan. loc. cit.*

(7) *Idem fol.* 50. *no.* 1. *de regal.*

(8) *Idem in §. flumina Inſtit. Civ. lib.* 2. *tit.* 1.

(9) *Roquer. Iur. de Regal. lib.* 1. *cap.* 1.

(10) *Montan. de regal. fol.* 26. *nu.* 20.

(11) *Idem fol.* 14. *nu.* 8. *&* 9. *D. Paul. ad Roman. cap.* 13. *Reg. lib.* 1. *cap.* 8. *D. Matthæus cap.* 22. *Conſtit. Regn. Ea quæ ad ſpeciale decuſ. Balmaſed. de collect. qu.* 10. *num.* 9. *Cirin. de reb. Iuriſdict. cap.* 2. *nu.* 38.

(12) *Maxim. Fauſt. in conſ.* 1. *prò ærar. ord.* 1.

(13) *in orat. ad Iulian.*

deravit, *ex peccato penuria nata eſt, pernicioſa cupiditatis Mater, quæ bella peperit, à quibus orta ſunt tributa*; cum ipſis ferè Regibus ergo tributa, & vectigalia (1) ortum habuerunt, hinc Fauſtus cecinit

Dum fuit Imperium, fuit, et collecta, tributum
Quodlibet Imperium ſemper habetque ſuum.
Nàm ſimul, àc Reges fuerunt.

pecunia enim ſemper, & ubique neceſſaria eſt, & præſertim prò ſtipendio (2) militum.

Ex dictis patet de regalibus eſſe paſcua, rem pecuariam, (3) & campeſtria. Et ſignantèr illa, quæ ſunt patrimonii (4) Regis, prò ut ſpeciatim in Regno noſtro herbæ, & paſcua, prò quibus lex (5) adeſt; Nam ſecùs Rex in ſubditos, (6) eorumque bona manus extendere deberet. Undè Regalibus legitimè reſervatis, juribuſque Coronæ prò tuenda Republica, & ſtipendio militum, jure fit eorum exactio, ac tributorum, & vectigalium, quam omni jure licitam authoritate Apoſtoli Ageta (7) defendit.

Eò magis, quòd vectigal hujus menæ, & Dohanæ antiquiſſimum eſſe prò demonſtrato habemus, ideoque juſtum, & legitimum, ac juxtà cauſa impoſitum (8) præſumitur.

Immò jure optimo Rex noſter Imperator ſemper Auguſtus, & nova vectigalia prò neceſſitate, & utilitate (9) populi imponere poſſet. Nàm quis neſcit bellorum maximam neceſſitatem, & furorem temporibus noſtris exferveſcentem, à quibus magno diſpendio, magnoque militum ſtipendio Invictiſſimus Imperator nos liberavit. Undè Turcas vicit, alienaſque nationes fugavit? Quis ignorat in Regno deficere circitèr quatuorcentum mille ducatos quolibet anno prò ſolutione militum utriuſque militiæ, togatæ ſc. & armatæ? Quare legitimè Rex poſſet uti ſuprema poteſtate, & jure Coronæ, & ſi non imponendo nova vectigalia, utendo tamèn dicto Coronæ Jure prò rebus (10) alienatis, prò quibus redimendis (11) æterna eſt Regis authoritas, etiam ſi juraverit; ac prò animalibus Regni, ut di-

(1) *Tapp.in dec.Ital. 23.num.35.Aget.adMol. dec.de Reg.fiſcal.*§.1.*per tot.*

(2) *Dion. hiſtor. Roman.lib.52.*

(3) *Montan.de regal. in verb.Armanniæ Thor. in addit. ad de Pont. de poteſt. Proreg. tit.4.* §.8. *nu.46.* & *55. Ioan. de Amic.in conſ.8. nu.51.,* & *tit.Cod. de paſc. public. lib.11.Rennel. de paſc.,* & *foreſt.par.1.cap.3.*

(4) *gloſ.* & *rubr.Co*: *de fund.rei priv.*

(5) *Conſtit.Regn. inter multas de offic. magn.procur. in verb. barbas, Mont. de regal. fol. 15.nu.11.*

(6) *Altim. in obſerv. ad conſul.unic. de donat. ad Reg.Rovt.tit.1.Mont. de Regal.fol.13. nu.8.*

(7) *ad dec.mol. de regal.fiſcal.*§.1.*n.16.*

(8) *Andr. in tit. de Reg.ſub.nu.16.verſ.vel conſuetudo antiqua Maſcar. de probat. concl. 835.*

(9) *l.1.2.* & *3.C.nov. vectig.inſt.non poſſ.ſilv. in verb. Gabellæ 163. nu.8. Paſchal. de virib. patr.poteſt. par.1. cap.1. nu.81.*

(10 *Criſp.de valdav. obſerv.par.1. obſerv.34.* & *ſpecifiè in obſerv. 116. à n.38. Cancer.variar.reſol.lib.3. Fontan: de pact. nupt. clauſ.4.gl. 5.Paſchal.de patr.poteſt. par.1.cap.2.n.42.can.3., de jure jurand.*

(11) *Grivel. deciſ.76. nu.5.*

Digitized by Google

ut diximus in noſtra Epiſtola, & alibi; quapropter licitè, legitimeque Rex tali jure utitur, ac hujuſmodi vectigal exigere poteſt.

Hinc quanto jure emanate ſint (1) ſanctiones, quibus cautum eſt, poſse Regium Fiſcum capere territoria privatorum prò uſu pecudum, neminem latet; etiam ſi ſolita (2) non ſint, ſivè a Regia Curia nunquam capta.

Sic etiam cogi poſſe Dominos pecudum (3) ad menam hujus Regiæ Dohanæ ejuſque paſcua conducere, clarum eſt; ſicuti poſſunt cogi ſubditi ad Regis (4) molendinum accedere, proùt elegantèr talia prò Regio Fiſco eruditus Conſiliarius de Roſa (5) fundavit contra dictos Dominos.

Neque ab hoc vectigali, jure, & mena poſſunt excuſari Domini ovium gentilium earum Provinciarum, quæ vel ad Dohanam non accederunt, vel à mena defecerunt; Quia vectigal hoc ovibus gentilibus fuiſse ſemper impoſitum, principium eſt omnibus notum, ac ineluctabile: Hinc & ſi ab omnibus non ſit exactum; ſed ab aliquibus, jus Regi jam fuit quæſitum ſuper tali genere animalium; Undè ab omnibus (6) ubiquè ſiſtentibus exigi debet, nàm contrà Regem nullum præſumitur præjudicium, nèc (7) præſcriptio valet.

Nùnc diſcant territorium, ſivè paſcuorum Domini, & qui ea à Rege obtinuerunt, conquerentes, quod Fiſcus ſuam faciat induſtriam eorum paſcuis, quæ altiori pretio vendere poſsent; Nàm ex dictis contrarium apparet, quia poteſt Rex ſuis uti Regalibus, àc ſuprema Coronæ poteſtate: Et ſi poteſt Baronibus aliqua regalia concedere, ut ſuos coerceant Vaſſallos ad eorum molendinum (8) accedere, quarè poſteà prò dictis paſcuis, & mena animalium eos compellere non poterit. Prætèrquam quod Regem, juxto mediante, pretio bonis privatorum uti poſſe, aperta ſunt (9) jura; Nec in dubium revocari fas eſt: Undè pretium juſtum dictis Dominis fuit conventum, & quolibet anno eis ſolvitur; Ideòque non poſſunt Domini ipſi conqueri, pròut notant (10) Doctores: Eò magis quod

(1) *de Marin. in arreſt., & præcipuè 110. & 111. & in deciſ. ad Revert. 405.*

(2) *de Marin. ad Revert. in dec. 336., & in arreſt. 232.*

(3) *Agget ad dec. Mol. de Dol. Mænep. Apul §. 2. nu. 16. Thor. in addit. ad de Pont. de poteſt. Proreg tit. 4. §. 8. n. 47. 55.*

(4) *Boſſ. in tit. de regal. nu. 41.*

(5) *in lib. 1. conſult. 70. per totam.*

(6) *Andr. in §. quæ ſunt regalia n. 14. mont. de regal. §. vectigalia num. 6.*

(7) *tex. in l. competit. Cod. de præſcript. 30. vel 40. ann. Gail. lib. 1. obſer. 21. n. 6. Farlad. rer. quotid. lib. 2. de privil. jur. civ. cap. 5. n. 68.*

(8) *Monta. de regal. fol. 1. nu. 12.*

(9) *l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de reivind. l. cujus ff. de evictіon. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior., l. quod ſemel ff. de decr. ab ord. facien. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut.*

(10) *Mol. in dec. Reg. Cam. tit. de Dohan. Menæpec. Apul. §. 2. ubi Aget. Rennel. de paſc. lib. 1. cap 3. Jur. in rit. Reg. Cam. hæc ſunt, de iur. affidat. Capibl. de Baron. in prag 11. nu. 16.*

quod dicti Domini ſemper conventum pretium recipiunt abſquè ullo periculo, quamvis Regia Curia ob pecudum luem in Locatis penſionem remictere pratticavit, ùt traditur tempore, quo hanc Regiam Dohanam creditus D. Sebaſtianus Cotes regebat. Et adhùc notandum, majùs pretium non eſſe hodiè certum ſed accidentale vèl ſi majus deſcendat pecus, vel ſi minus terra germinet: ac tamen ſi Dohana illis non uteretur, nèc viliori quidem pretio venderentur, ſicut experientia docuit.

C A P. III.

De cauſa, viribus, & qualitate Privilegii Dohanalis.

LIcèt omnis inſtitutio, ut intelligatur quid ſit, (1) de quo diſputatur, proficiſci debeat, nos tamen brevitati ſtudentes, relictis generalibus cognitionibus, peculiaria rei noſtræ delibamus: Undè materialem cauſam ex verbis ejuſdem privilegii expreſsam habemus, *vos eundem Franciſcum Montlober, quem ſemper fuit, et eſt intentionis noſtra in dicto officiò remanere in Commiſſarium, Dohanerium, Procuratorem, et Nuncium noſtrum ſpecialem ad conducendum, et congregandum pecudes, et animalia groſſa ad dictam Dohanam, et menam, ideſt rem pecuariam.*

Finalem verò textus ipſe oſtendit, *prò utilitate noſtra Curię*. Maxima enim eſt, & magni ponderis neceſsitas, & utilitas Ærarii, Regnorum monumenti tempore (2) pacis, & (3) belli validiſsimi; quare magna cura, & ſolertia conſervari, augerique debet (4) Ærarium, cujus ope Rex populos præmiat, & defendit, ſicuti bono noſtro experti ſumus hæc omnia annis elapſis in noſtro Invictiſsimo Imperatore, exteras fugante nationes, Turcasque debellante. Hinc conducentes ad Dohanam animalia, alioſque ſubditos, & ſequaces ſub juriſdictione, & foro Dohanerii Rex ſubmiſit, nul-

(1) *Cic. 1. de Offic.*

(2) *Cap. tributum 23. q. 8.*

(3) *Plutar. in Cleom. fol. 291. Tacit. annal. lib. 2.*

(4) *Aget. ad dec. mol. tom. 1. cap. 2. 3. & 4.*

nullus preter vos de dictis hominibus , et Dohana ſe aliquo modo intromittat , ut facil'ùs tanto fori privilegio allicerentur homines ad menam animalium; eò fortiùs quod magnum ſolvitur tributum quolibet anno Regiæ Curiæ prò hyemali paſcuo in Apulia . Unde ex cauſa oneroſa privilegium videtur conceſſum , namquè ab iis obtinetur , à quibus animalia ad menam ducuntur , vel profitentur , terræque conducuntur , vel vectigal ſolvitur (quàmobrem fuit conceſsum) & aliis ejuſdem Univerſitatis . Ideòque ad contractum (1) privilegium fecit tranxitum . Quarè non ſolùm videtur perpetuatum; Sed (2) revocari nequit; ac durabit quouſque ejus objectum permanebit, tamquam illi inſitum; & ſine (3) præſcriptione conceſſum.

Continet hujuſmodi privilegium plures clauſulas (adeòque multas vires) inter quas , *proprii noſtri motus* , cujus virtus reddit diſpoſitionem (4) favorabilem, latèque interpretandam, (5) nèc reſtrigendam.

De certa ſcientia, quæ omnia conceſſioni vel privilegio contraria (6) excludit, & per eam ſublata intelliguntur. Privilegii durationem , (7) ac perpetuitatem denotat; juriſque obſtaculum (8) tollit, & ſibi juncta clauſula derogatoria, legimus in noſtro privilegio, etiam tertio præjudicium inferre (9) poteſt. Imò & jus alteri quæſitum adhùc tollere (10) videtur.

Vos tantum, taxat expreſsa, excluditque reliqua ; Continetque negativam implicitam ; adeò quod aliter fieri (12) non poſſit.

Nullus pretervos, hæc, ſuperiori clauſula juncta excludit omnes Judices , adhùc eos , qui ex generali juriſdictione poterant de cauſis (13) cognoſcere.

Quibuſcumque litteris nullàtenus obſtituris , cujuſvis omnia, quæ poſsunt privilegio obſtare tollit, (14) & adimit; Et privilegium adhùc contrà jura factum, firmat & (15) roborat.

Cum plena jurisditione civili, et criminali, mero, et mixto imperio, ac gladii poteſtate, cujus virtute

(1) *Iaſ. in l. ſciendum, §. ſi fundum ff. qui ſatiſd. cog. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, verb. privilegio.*

(2) *Gratian. diſcept. foren cap. 802. nu. 6. Gabriel. Com. concl. tit. de jur. quæſt. concl. 1. Tuſc. litt. P. concl. 751.*

(3) *Bonac. de legib. diſp. 1. quæſt. 3.*

(4) *Cap. in pluribus, de praben in 6. cap. 1. §. ult. de filiis prasbiter. in 6.*

(5) *Nat. conſ. 340. n. 5. Surd. conſ. 140. nu. 59. Borrel. de præſtant. Reg. Cattol. cap. 38.*

(6 *Bald. conſ. 253. n. 4. Tuſc. lit. C. concl. 340.*

(7) *Gabr. comm. lib. 6. concl. 1. nu. 33. monet. de mutat. ult. volunt. cap. 7. n. 106.*

(8) *Gabr. dic. concl 1. Monet. dic. cap. 7. Leo. de Theſau. for. Eccl. part. 4. cap. 1. n 55.*

(9) *Corn. conſ 83. nu. 16. lib. 4. Tuſ. dic. concl. 340.*

(10) *Gabr. dic. concl. 1. Menoc. de præſum. lib. 2. præſumpt. 9.*

(11) *l. qui aliena, §. libertus ff. de negot. geſt.*

(12) *Hymon. de antiq. tempor. par. 4. n. 112.*

(13) *l. 1. §. de his, ff. de ſeparation. leg. cum Clericis ibiq. Bald. Cod. de Epiſc., & Cleric.*

(14) *Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 79. Roland. conſ. 67. n. 67. lib. 3.*

(15) *Salic. in l. fin. n. 4. Cod. ſi contr. ius vel util. public. l. 1. ff. de conſtitut Princip.*

tutè multa fieri poſſunt, decreta, & ſententiæ; Pœnæ infliggi, & alia, quæ latè (1) Doctores recenſent. Inſuper dictum privilegium cauſam continet onerosam, & contractum, *& alia promictere, & concedere eis conducentibus, quæ conſueta ſunt promicti, & concedi, & fieri debere per vos videbuntur melius prò expeditione dicta mena, et Dohanę, prò utilitate noſtrę Curię ſub verbo, et fide noſtra Regis, ac ſub obligatione omnium noſtrorum bonorum*, ideòque non tollitur per clauſulam (2) alterius non obſtantibus privilegiis, conceſſionis; Immò eſt latè interpretandum, (3) & obſervandum; ac revocari non (4) poteſt.

Inſuper noſtrum privilegium mixtum eſſe conſtat, quia reſpicit perſonam, & rem, *de dictis hominibus*, èn perſonas; *Et Dohana*, èn rem, animalia Sc. Privilegium enim reale perpetuum eſt, perſonale verò non; & aliquandò non eſt merè perſonale; Sed mixtum, quià reſpicit perſonam, & (5) rem. Videtur enim in.uitu menæ (quæ ſine perſonis, & animalibus fieri non poteſt) perſonis conceſſum, & prò perſonis, rebus: Undè reſpicit res, *vos eundem Franciſcum Montlober, quem ſemper fuit, & eſt intentionis noſtrę in dicto officio remanere in Commiſſarium, Dohanerium, & Nuntium noſtrum ſpecialem ad conducendum, & congregandum pecudes, & animalia groſſa ad dictam Dohanam, ſeù menam*. En privilegium rei conceſſum, prò ut ex aliis conteſtibus etiam apparet: reſpicit perſonas, *& quia inter conductores dictę menæ Paſtores, Gregarios, & patronos dictarum pecudum, & aliorum animalium, ſolent rixæ, et controverſiæ diverſarum cauſarum, ſępius evenire; de quibus rixis, et controverſiis, et cauſis, vos tantùm cognoſcere volumus, propterea vos prędictum Franciſcum Judicem, Gubernatorem, et Capitaneum ſuper dictis Conductoribus, Gregariis, et Patronis, et ſuper eorum rixis, et controverſiis, ſtatuimus*, en privilegium perſonale, quod reſpicit perſonas intuitù rei, & rem intuitù perſonarum, *mandantes ipſarum pręſentium tenore vicem gerentibus, Juſtitiariis, quatenus de dicta Dohana*,

(1) *in l. Imperium ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Menoch. de arbitr. Iudic. l. 1. q. 74. Peregr. in prax crim. par. 4. ſect. 2.*

(2) *Guttier. in repet. l. nemo poteſt, nu. 185. ff. de legat. 1.*

(3) *Scrader. volum. 1. conſ. 1. nu. 196.*

(4) *Grat. diſcept. for. cap. 802. nu. 6.*

(5) *Bald. in l. Sordidorum, de excuſ. muner. & in 2. Cod. de ſervitut. & aqu.*

 na,

Digitized by Google

nibus, & perſonis cujuſcumque ſtatus, & dignitatis exiſtant, ad quos ſeù quem præſentes prævenerint; quatenus de dicta Dohana, & Mena, ac Patronis, & Conductoribus animalium, & pæcudum, & de aliis ſuperiùs antedictis, aliqua ratione, ſeù cauſa ſe nullatenus debeant intromictere, ſed illos cum eorum bonis, & armis quæ ferre ſolent in quibuſcumque locis dicti Regni ſtare, morari, & negotiari ſine impedimento permictant vobiſque, aut alteri veſtri parte in præmiſſis, & circa præmiſſa, & in quibus eos requiſiveritis aſſiſtant, & faveant, & aſſiſti, & faveri mandeant, & faciant auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis, & ad omnem veſtram requiſitionem procedant rigidè, & potenter contra ſupranominatos Magnates, Comites, & Barones, & perſonas alias ſuperiùs nominatas, qui fortè mandantis, & ordinationibus ſupradictis obedire voluerint juxtà præſentium ſeriem, & tenorem, & contrarium non faciant, ſi gratiam noſtram caram habeant, ac iram, & indignationem noſtram cupiant evitare, & nè in promiſſis propriis ſumptibus laborare cogamini, gagia vobis ad rationem deducatis, & ſeptigentis per annum pro ut anniſsam præteritis fuerunt per nos vobis ſtabilita, pro dicto inſtanti anno undecimæ inditionis, & ab inde in antea anno quolibet, dum vixeritis tenore præſentium de noſtrà certa ſcientia ſtabilimus, retinenda per vos de pæcunia recolligenda, & percipienda dicti veſtri Officii, ratione quorum retentionem per vos faciendam ex nunc, pro tunc anno quolibet vobis earundem tenore præſentium in veſtro ponendo computo acceptamus, & acceptari volumus, nullis cautelis aliis, quam præſentibus à vobis quolibet anno requirendis, quam de retentione ipſa, vobis anno quolibet fieri debenda de gagiis ipſis ad plenum, & certitudinalitèr vobis conſtat, in cujus rei teſtimonium præſentes litteras exindè fieri fecimus, & pendente Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri; Datum in Civitate Tiburis die prima Auguſti decimæ indictionis, anno à natiuitate Domini 1447. Regnique citerioris Siciliæ, anno decimo tertio, aliorum vero Regnorum trigeſimo ſecumdo - Rex Alphonſus..

CAP.

C A P. I.

De Dobana Menępecudum Apuliæ.

DOhanæ nomen generale eſt, ſub ſe multa regalia comprehendens, fiſcaliumque (1) jurium cumulationem importat. Speciale verò noſtræ Dohanæ eſt a Mena animalium, quæ hyeme ad paſcua veniunt Apuliæ, cujus loca ob aeris (2), & herbarum fertilitatem aptiora videntur: Hinc ſumpſit nomenclaturam, Dohana ſcilicèt menępecudum Apuliæ, cujus vectigal (3), ſivè jus fiſcale eſt pecora fidare in ſuis paſcuis deſignatis, ad quæ illa cogendi jus habet, ut hyemali tempore ad paſtum *pro utilitate Regia Curia veniant*.

Vectigal, quod eſt nervus (4) Reipublicæ, hujus Regiæ Dohanæ antiquiſſimum eſſe, exactumque fuiſſe ex tempore Romanorum, Roſinus (5) teſtatur; quod vectigal paſcuorum, ſivè pecuarium dictum fuit; & prius ſcriptura (6) vocabatur; & exigebatur olim in (7) Italia, ac præſertim in Apulia, ob ejus (8) feracitatem; Undè Lucanus cecinit, comparans ignem paſtorum appulorum rogis Theſſalicis:

Sic ubi de paſtis ſubmittere gramina campis,
Et renovare parans hibernas appulus herbas,
Igne fovet terras, ſimul & Garganus, & arva
Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini

Ad totum id conſonat aliquomodò lex Thoria agraria, quam tulit Sp. Thorius (9) tribunus plebis: Regni conſtitutio, *cùm per partes Apulia*, Ritus Regiæ Cameræ ſub *rubr. 16. de jur. affidat.*, ac Doctores (10) noſtri: Regumque Regni ordinatione adhùc cautum nonnullis exemplis Freccia nobis (11) oſtendit, cui ſe ſubſcripſerunt aliqui Doctores, ut de Ponte (12) (& in eis addictionibus

C jura

(1) *Mol. de reFiſt. § 14. 18. & §. 6. de jur. Dohan.*

(2) *Frec. de ſubfeud. lib. 2. author. Baron. 46. n. 16.*

(3) *Hottom. in comment. verb. jur. ver. vectigal. Mont. de regal. §. vectigalia n. 1. Rendel. de paſc. par. 1. cap. 2.*

(4) *Cicer. in Orat. prò Pomp.*

(5) *In lib. 10. cap. 2. Antiquit. Roman.*

(6) *Roſin. loc. cit., & Gruter. lib. 3. cap. 17. de Offic. Dom. Auguſt.*

(7) *Idem Gruter. loc. cit. & Cicer. Orat. 2. in Verr. Lipſ. de Magnit. Roman. lib. 2. cap. 1. Sigon. de antiq. jur. civ. Rom. lib. 1. cap. 16.*

(8) *Varr. de rer. ruſt. cap. 1. lib. 2. Cdofr. in l. 1. Cod. de paſc. publ. lib. 11. Aget. ad dec. Mol. de Doban. menæp. Apul. §. 3.*

(9) *Appian. lib. 1. de bell. civil. Roſin. antiqu. Roman. lib. 8. cap. 10. de legib. agrar.*

(10) *Rendel. de paſt. cap. 6. de Pont de poteſt. Proreg. de regal. tit. 4. §. 8. Borrel. de Magiſtr. edict. lib. 4. cap. 6.*

11 *De ſubfeud. loc. cit. num. 15. in fin.*

(12) *De poteſt. Proreg. de regal. impoſit. tit. 4. §. 8. n. 56. & Thor. in addiction. n. 46.*

Digitized by Google

Sacræ nobis id textentur paginæ ; quia primi homines rem talem exercitarunt ; poſt quos Abraham, & Loth pecuariæ (1) rei ſe dederunt : Deindè Jacob à quò Egyptum cura gregum (2) tranſlata fuit : Undè ut plurimum a dignioribus hominibus culta ſemper fuit, ac videbitur. Sic paritèr & agricultura ſuum habuit progreſsum ; A' Saturno enim in Italiam ex Egypto (3) traducta; ac veluti apud Romanos valdè exercita fuit penès homines celebriores, ad quam ſtrenuiſſimi quoquè Duces otii tempore (4) ſe reſtituebant. Quamobrèm hujuſmodi exercitium nobilitati non derogat, & ejus ſola vetuſtas prò nobilitate eſt, ut in ſimili caſu cecinit (5) Poeta.

Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos.

continet etiam amænitatem, cùm utilitate ; imò dicemus neceſſitatem ; nàm homines vitam ducentes ruſticam ab omni cura, labore, ac pernicie ſunt immunes, & artem ſimpliciſſimam agunt, occupationem jucundam, ac dulciſſimam trahunt, teſte (6) Ovidio

Aſpice labentes jucundo murmure rivos,
Aſpice tondentes fertile gramen oves.
Ecce petunt rupes, præruptaque ſaxa capellæ,
Jam referunt hædis ubera plena ſuis.
Paſtor inæquali modulatur arundine carmen.

& clariùs (7) Horatius.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut priſca gens Mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis.

Quamobrèm ſinè utraque diſciplina nos veſtimentis indui, pannis tegi, ac cibis educari impoſſibile foret. Imò neque vivere poſſemus, niſi ad victum neceſſaria, ac utilia agriculæ, & paſtores nobis ſubminiſtrarent, coriacea, & quæ omnia humanæ vitæ apta ſunt, & bello neceſſaria, veluti equos prò militibus, (8) & alia prò victu pecora, quæ adhuc Dohanam ſequuntur. Hinc noſtra Dohana hominibus ac vitam, Regni ad Erarium, Reipublicæ ad tranquillitatem neceſſaria tribuit; quarè toto conatu, omni jure, qualibet po-

(1) *Genes cap.13.*
(2) *Ioſeph lib.1. contr.apron.Cal. lib.16.antiq.cap.3.*
(3) *Valer. lib.32.hyerogl.fol.128.lit.B.*
(4) *Cic. in orat. pro Roſc. amer. Tiraqu. de Nobil.cap.32.*
(5) *in lib. 11. Eneid.*
(6) *de remed. amor. lib.1.*
(7) *in epod.2.*
(8) *Oter. de paſc. in præfat.*

litica ratione ejus privilegium ampliari, forus extendi debet, & homines ad eam venientes amplecti, ſubditoſque protegi oportet.

C A P. I I.

De Jure Regii Fiſci prò exactione vectigalis hujus Regiæ Dohanæ.

SI lex, quod ſit, permictat, jure (1) fieri, legitimumque vocatur: Videamus ergò ſi leges hoc jus permictant, & approbent.

Initio rerum Populus, & Civitates ſine certa (2) lege erant: Gens confusè vivebat; Quarè cognoſcens legum incertitudinem, ſe Regi ſubmiſit, (3) & omnia lege Regia in Regem tranſtulit. (4) Hinc agnovit indè Regis (5) jura in quem conſentiit. Fas igitur erat Regi aliqua tribui, ut condignè ſe ſuſtentare poſſet; Quamobrèm fuerunt ei a Populo conceſsa (6) regalia (jura ſe illa, quæ ſuperiorem non (7) admictunt) flumina videlicet, (8) paſcua, Maria, & ſimilia prò ejus decore, Reipublicæque (9) ſalute tuenda, hominum tranquillitate, ac adminiſtranda juſtitia; Secùs enim privatorum bonis legitimè Rex uti poterat, ac Populus prò ſubminiſtratione pecuniarum adſtringi. Quarè conſultò in Regem Populus ea jura tranſtulit, (10) ſivè proventus, ex quibus pecunia colligi poſset: De quibus tamen bonis, & juribus aliquando Rex privatis perſonis aliqua concedere ſolet.

Auctis indè hominibus, Civitatibuſque, ac urgente bellorum neceſsitate, nec ſufficientibus eorum regalium redditibus, pernecesſe fuit tributa, & vectigalia Regi conſtitui, & conſtituta non ſine (11) delicto negare: Undè volunt aliqui tributa a Mundi exordio initiata fuiſse, (12) & non ſine ratione, ſicuti *Gregorius Theologus* (13) pondera-

(1) *l. quis ſit fugitius, §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edict. cap. quid dicam 14. qu. 4.*

(2) *l. 2. ff. de Origin. jur.*

(3) *dict. l., & Reg. lib. 1. cap. 8.*

(4) *l. 1. ff. de Conſtitut. Princip.*

(5) *dict. l. 1. Reg. cap. 8. Montan. in prælud. nu. 8. & ſequ. de regal.*

(6) *Montan. loc. cit.*

(7) *Idem fol. 50. no. 1. de regal.*

(8) *Idem in §. flumina Inſtit. Civ. lib. 2. tit. 1.*

(9) *Roquer. Iur. de Regal. lib. 1. cap. 1.*

(10) *Montan. de regal. fol. 26. nu. 20.*

(11) *Idem fol. 14. nu. 8. & 9. D. Paul. ad Roman. cap. 13. Reg. lib. 1. cap. 8. D. Matthæus cap. 22. Conſtit. Regn. Ea quæ ad ſpeciale decuſ. Balmaſed. de collect. qu. 10. num. 9. Cirin. de reb. Iuriſdict. cap. 2. nu. 38.*

(12) *Maxim. Fauſt. in conſ. 1. prò ærar. ord. 1.*

(13) *in orat. ad Iulian.*

deravit, *ex peccato penuria nata eſt, pernicioſa cupiditatis Mater, quæ bella peperit, à quibus orta ſunt tributa*; cum ipſis ferè Regibus ergo tributa, & vectigalia (1) ortum habuerunt, hinc Fauſtus cecinit

Dum fuit Imperium, fuit, et collecta, tributum
Quodlibet Imperium ſemper habetque ſuum.
Nàm ſimul, àc Reges fuerunt.

pecunia enim ſemper, & ubique neceſſaria eſt, & præſertim prò ſtipendio (2) militum.

Ex dictis patet de regalibus eſſe paſcua, rem pecuariam, (3) & campeſtria. Et ſignantèr illa, quæ ſunt patrimonii (4) Regis, prò ut ſpeciatim in Regno noſtro herbæ, & paſcua, prò quibus lex (5) adeſt; Nam ſecùs Rex in ſubditos, (6) eorumque bona manus extendere deberet. Undè Regalibus legitimè reſervatis, juribuſque Coronæ prò tuenda Republica, & ſtipendio militum, jure fit eorum exactio, ac tributorum, & vectigalium, quam omni jure licitam authoritate Apoſtoli Ageta (7) defendit.

Eò magis, quòd vectigal hujus menæ, & Dohanæ antiquiſſimum eſſe prò demonſtrato habemus, ideoque juſtum, & legitimum, ac juxtà cauſa impoſitum (8) præſumitur.

Immò jure optimo Rex noſter Imperator ſemper Auguſtus, & nova vectigalia prò neceſſitate, & utilitate (9) populi imponere poſſet. Nàm quis neſcit bellorum maximam neceſſitatem, & furorem temporibus noſtris exferveſcentem, à quibus magno diſpendio, magnoque militum ſtipendio Invictiſſimus Imperator nos liberavit. Undè Turcas vicit, alienaſque nationes fugavit? Quis ignorat in Regno deficere circitèr quatuorcentum mille ducatos quolibet anno prò ſolutione militum utriuſque militiæ, togatæ ſc. & armatæ? Quare legitimè Rex poſſet uti ſuprema poteſtate, & jure Coronæ, & ſi non imponendo nova vectigalia, utendo tamèn dicto Coronæ Jure prò rebus (10) alienatis, prò quibus redimendis (11) æterna eſt Regis authoritas, etiam ſi juraverit; ac prò animalibus Regni, ut di-

(1) *Tapp.in dec.Ital. 23.num.35.Aget.adMol. dec.de Reg.fiſcal.§.1.per tot.*

(2) *Dion. hiſtor. Roman.lib.52.*

(3) *Montan.de regal. in verb.ArmanniæThor. in addit. ad de Pont. de poteſt. Froreg. tit.4. §.8. nu.46.& 55. Ioan. de Amic.in conſ.8. nu.51., & tit.Cod. de paſc. public. lib.11.Rennel. de paſc., & foreſt.par.1.cap.3.*

(4) *gloſ.& rubr.Co. de fund.rei priv.*

(5) *Conſtit.Regn. inter multas de offic. magn.procur. in verb. herbas,Mont. de regal. fol. 15.nu.11.*

(6) *Altim. in obſerv. ad conſul.unic. de donat. ad Reg.Rovi.tit.1.Mont. de Regal.fol.13. nu.8.*

(7) *ad dec.mol. de regal.fiſcal.§.1.n.16.*

(8) *Andr. in tit. de Reg.ſub.nu.16.verſ.vel conſuetudo antiqua Maſcar. de probat. concl. 835.*

(9) *l.1.2.& 3.C.nov. vectig.inſt.non poſſ.ſilv. in verb. Gabellæ 163. nu.8. Paſchal. de virib. patr.poteſt. par.1. cap.1. nu.81.*

(10 *Criſp.de valdav. obſerv.par.1. obſerv.34. & ſpecificè in obſerv. 116. à n.28. Cancer.variar.reſol.lib.3. Fontan. de pact. nupt. clauſ.4.gl. 5.Paſchal.de patr.poteſt. par.1.cap.2.n.42.Can.3., de jure jurand.*

(11) *Grivel. decif.76. nu.5.*

Digitized by Google

ut diximus in noſtra Epiſtola, & alibi; quapropter licitè, legitimeque Rex tali jure utitur, ac hujuſmodi vectigal exigere poteſt.

Hinc quanto jure emanate ſint (1) ſanctiones, quibus cautum eſt, poſſe Regium Fiſcum capere territoria privatorum prò uſu pecudum, neminem latet; etiam ſi ſolita (2) non ſint, ſivè a Regia Curia nunquam capta.

Sic etiam cogi poſſe Dominos pecudum (3) ad menam hujus Regiæ Dohanæ ejuſque paſcua conducere, clarum eſt; ſicuti poſſunt cogi ſubditi ad Regis (4) molendinum accedere, pro ut elegantèr talia prò Regio Fiſco eruditus Conſiliarius de Roſa (5) fundavit contra dictos Dominos.

Neque ab hoc vectigali, jure, & mena poſſunt excuſari Domini ovium gentilium earum Provinciarum, quæ vel ad Dohanam non accederunt, vel a mena defecerunt; Quia vectigal hoc ovibus gentilibus fuiſse ſemper impoſitum, principium eſt omnibus notum, ac ineluctabile: Hinc & ſi ab omnibus non ſit exactum; ſed ab aliquibus, jus Regi jam fuit quæſitum ſuper tali genere animalium; Undè ab omnibus (6) ubiquè ſiſtentibus exigi debet, nam contra Regem nullum præiudicium præſumitur, nèc (7) præſcriptio valet.

Nunc diſcant territorium, ſivè paſcuorum Domini, & qui ea à Rege obtinuerunt, conquerentes, quod Fiſcus ſuam faciat induſtriam eorum paſcuis, quæ altiori pretio vendere poſſent; Nam ex dictis contrarium apparet, quia poteſt Rex ſuis uti Regalibus, àc ſuprema Coronæ poteſtate: Et ſi poteſt Baronibus aliqua regalia concedere, ut ſuos coerceant Vaſſallos ad eorum molendinum (8) accedere, quarè poſteà prò dictis paſcuis, & mena animalium eos compellere non poterit. Prætèrquam quod Regem, juxto mediante, pretio bonis privatorum uti poſſe, aperta ſunt (9) jura; Nec indubium revocari fas eſt: Undè pretium juſtum dictis Dominis fuit conventum, & quolibet anno eis ſolvitur; Ideòque non poſſunt Domini ipſi conqueri, pròut notant (10) Doctores: Eò magis

quod

(1) *de Marin. in arreſt. & precipuè 110. & 111. & in deciſ. ad Revert. 405.*

(2) *de Marin. ad Revert. in dec. 336., & in arreſt. 232.*

(3) *Agget ad dec. Mol. de Dol. Menep. Apul §. 2. nu. 16. Thor. in addit. ad de Pont. de poteſt. Proreg tit. 4. §. 8. n. 47. 55.*

(4) *Boſſ. in tit. de regal. nu. 41.*

(5) *in lib. 1. conſult. 70. per totam.*

(6) *Andr. in §. quæ ſunt regalia n. 14. mont. de regal. §. vectigalia num. 6.*

(7) *tex. in l. competit. Cod. de præſcript. 30. vel 40. ann. Gail. lib. 1. obſer. 21. n. 6. Parlad. rer. quotid. lib. 2. de privil. jur. civ. cap. 5. n. 68.*

(8) *Monta. de regal. ſol. 1. nu. 12.*

(9) *l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de reivind. l. cujus ff. de evictION. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior., l. quod ſemel ff. de decr. ab ord. facien. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut.*

(10) *Mol. in dec. Reg. Cam. tit. de Dohan. Menæpec. Apul. §. 2. ubi Aget. Rennel. de paſc. lib. 1. cap 3. jur. in rit. Reg. Cam. hæc ſunt, de iur. aſſidat. Capibl. de Baron. in prag 11. nu. 16.*

quod dicti Domini ſemper conventum pretium recipiunt abſquè ullo periculo, quamvis Regia Curia ob pecudum luen Locatis penſionem remittere practicavit, ùt traditur tempore, quo hanc Regiam Dohanam creditus D. Sebaſtianus Cotes regebat. Et adhùc notandum, majus pretium non eſſe hodiè certum ſed accidentale vèl ſi majus deſcendat pecus, vel ſi minùs terra germinet: ac tamen ſi Dohana illis non uteretur, nèc viliori quidem pretio venderentur, ſicut experientia docuit.

C A P. III.

De cauſa, viribus, & qualitate Privilegii Dohanalis.

Licèt omnis inſtitutio, ut intelligatur quid ſit, (1) de quo diſputatur, proficiſci debeat, nos tamen brevitati ſtudentes, relictis generalibus cognitionibus, peculiaria rei noſtræ delibamus: Undè materialem cauſam ex verbis ejuſdem privilegii expreſsam habemus, *vos eundem Franciſcum Montlober, quem ſemper fuit, et eſt intentionis noſtra in dicto officiò remanere in Commiſſarium, Dohanerium, Procuratorem, et Nuncium noſtrum ſpecialem ad conducendum, et congregandum pecudes, et animalia groſſa ad dictam Dohanam, et menam, ideſt rem pecuariam.*

Finalem verò textus ipſe oſtendit, *prò utilitate noſtra Curiæ*. Maxima enim eſt, & magni ponderis neceſsitas, & utilitas Ærarii, Regnorum monumenti tempore (2) pacis, & (3) belli validiſsimi; quare magna cura, & ſolertia conſervari, augerique debet (4) Ærarium, cujus ope Rex populos præmiat, & defendit, ſicuti bono noſtro experti ſumus hæc omnia annis elapſis in noſtro Invictiſsimo Imperatore, exteras fugante nationes, Turcasque debellante. Hinc conducentes ad Dohanam animalia, alioſque ſubditos, & ſequaces ſub juriſdictione, & foro Dohanerii Rex ſubmiſit, *nul-*

(1) *Cic. 1. de Offic.*

(2) *Cap. tributum 23. q. 8.*

(3) *Plutar. in Cleom. fol. 291. Tacit. annal. lib. 2.*

(4) *Aget. ad dec. mol. tom. 1. cap. 2. 3. & 4.*

nullus preter vos de dictis hominibus , et Dohana ſe aliquo modo intromittat , ut faciliùs tantò fori privilegio allicerentur homines ad menam animalium; eò fortiùs quòd magnum ſolvitur tributum quolibet anno Regiæ Curiæ prò hyemali paſcuo in Apulia . Unde ex cauſa oneroſa privilegium videtur conceſſum , namquè ab iis obtinetur , à quibus animalia ad menam ducuntur , vel profitentur , terræque conducuntur , vel vectigal ſolvitur (quamobrem fuit conceſsum , & aliis ejuſdem Univerſitatis . Ideòque ad contractum (1) privilegium fecit tranxitum . Quarè non ſolùm videtur perpetuatum ; Sed (2) revocari nequit ; ac durabit quouſque ejus objectum permanebit , tamquam illi inſitum ; & ſine (3) præſcriptione conceſſum .

Continet hujuſmodi privilegium plures clauſulas (adeòque multas vires) inter quas , *proprii noſtri motus* , cujus virtus reddit diſpoſitionem (4) favorabilem , latèque interpretandam , (5) nèc reſtrigendam .

De certa ſcientia , quæ omnia conceſſioni vel privilegio contraria (6) excludit , & per eam ſublata intelliguntur . Privilegii durationem , (7) ac perpetuitatem denotat ; juriſque obſtaculum (8) tollit , & ſibi juncta clauſula derogatoria , legimus in noſtro privilegio , etiam tertio præjudicium inferre (9) poteſt . Imò & jus alteri quæſitum adhùc tollere (10) videtur .

Vos tantùm , taxat expreſsa , excluditque reliqua ; Continetque negativam implicitam ; adeò quod aliter fieri (12) non poſſit .

Nullus pretervos , hæc , ſuperiori clauſula juncta excludit omnes Judices , adhùc eos , qui ex generali juriſdictione poterant de cauſis (13) cognoſcere .

Quibuſcumque litteris nullàtenus obſtituris , cujuſvis omnia , quæ poſsunt privilegio obſtare tollit , (14) & adimit ; Et privilegium adhùc contrà jura factum , firmat & (15) roborat .

Cum plena jurisditione civili , et criminali , mero , et mixto imperio , ac gladii poteſtate , cujus virtute

(1) *Iaſ. in l. ſciendum, §. ſi ſundum ff. qui ſatiſd. cog. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, verb. privilegio.*

(2) *Gratian. diſcept. foren cap.802. nu.6. Gabriel. Com. concl. tit. de jur quaſt. concl.1. Tuſc. litt. P. concl.751.*

(3) *Bonac. de legib. diſp.1. quæſt.3.*

(4) *Cap. in pluribus, de præben in 6. cap.1. §. ult. de filiis præsbiter. in 6.*

(5) *Nat. conſ.340. n. 5. Surd. conſ.140. nu.59. Borrel. de præſtant. Reg. Cattol. cap.38.*

(6 *Bald. conſ.253. n. 4. Tuſc. litt. C. concl.340.*

(7) *Gabr. comm. lib. 6. concl.1. nu.33. monet. de mutat. ult. volunt. cap.7. n.106.*

(8) *Gabr. dic. concl 1. Monet. dic. cap.7. Leo. de Theſau. for. Eccl. part.4. cap.1. n 55.*

(9) *Corn. conſ 83. nu. 16. lib.4. Tuſ. dic. concl. 340.*

(10) *Gabr. dic. concl. 1. Menoc. de præſum. lib. 2. præſumpt.9.*

(11) *l. qui aliena , §. libertus ff. de negot. geſt.*

(12) *Hymon. de antiq. tempor. par.4. n.112.*

(13) *l:1. §. de his, ff. de ſeparation. leg. cum Clericis ibiq. Bald. Cod. de Epiſc., & Cleric.*

(14) *Mart. de clauſ. par.1. clauſ.79. Roland. conſ.67. n.67. lib.3.*

(15) *Salic. in l. fin. n. 4. Cod. ſi contr. ius vel util. public. l.1. ff. de conſtitut Princip.*

Digitized by Google

cute multa fieri poſſunt, decreta, & ſententiæ; Pœnæ infliggi, & alia, quæ latè (1) Doctores recenſent. Inſuper dictum privilegium cauſam continet oneroſam, & contractum, *& alia promittere, & concedere eis conducentibus, quæ conſueta ſunt promitti, & concedi, & fieri debere per vos videbuntur meliùs prò expeditione dicta mena, et Dohanę, prò utilitate noſtrę Curię ſub verbo, et fide noſtra Regis, ac ſub obligatione omnium noſtrorum bonorum*, ideòque non tollitur per clauſulam (2) alterius non obſtantibus privilegiis, conceſſionis; Immò eſt latè interpretandum, (3) & obſervandum; ac revocari non (4) poteſt.

Inſuper noſtrum privilegium mixtum eſſe conſtat, quia reſpicit perſonam, & rem, *de dictis hominibus*, èn perſonas; *Et Dohana*, èn rem, animalia Sc. Privilegium enim reale perpetuum eſt, perſonale verò non; & aliquandò non eſt merè perſonale; Sed mixtum, quià reſpicit perſonam, & (5) rem. Videtur enim intuitu menæ (quæ ſine perſonis, & animalibus fieri non poteſt) perſonis conceſſum, & prò perſonis, rebus: Unde reſpicit res, *vos eundem Franciſcum Montlober, quem ſemper fuit, & eſt intentionis noſtrę in dicto officio remanere in Commiſſarium, Dohanerium, & Nuntium noſtrum ſpecialem ad conducendum, & congregandum pecudes, & animalia groſſa ad dictam Dohanam, ſeù menam*. En privilegium rei conceſſum, prò ut ex aliis conteſtibus etiam apparet: reſpicit perſonas, *& quia inter conductores dictę menæ Paſtores, Gregarios, & patronos dictarum pecudum, & aliorum animalium, ſolent rixæ, et controverſia diverſarum cauſarum, ſępius evenire; de quibus rixis, et controverſiis, et cauſis, vos tantùm cognoſcere volumus, proptereà vos prędictum Franciſcum Judicem, Gubernatorem, et Capitaneum ſuper dictis Conductoribus, Gregariis, et Patronis, et ſuper eorum rixis, et controverſiis, ſtatuimus*, en privilegium perſonale, quod reſpicit perſonas intuitù rei, & rem intuitù perſonarum, *mandantes ipſarum præſentium tenore vicem gerentibus, Juſtitiariis, quatenus de dicta Doha-*

(1) *in l. Imperium ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Menoch. de arbitr. Iudic. l. 1. q. 74. Peregr. in prax crim. par. 4. ſect. 2.*

(2) *Guttier. in repet. l. nemo poteſt, nu. 185. ff. de legat. 1.*

(3) *Scrader. volum. 1. conſ. 1. nu. 196.*

(4) *Grat. diſcept. for. cap. 802. nu. 6.*

(5) *Bald. in l. Sordidorum, de excuſ. muner. & in 2. Cod. de ſervitut. & aqu.*

Digitized by Google

na, et mena, de Patronis, et Conductoribus animalium, et pecudum ſe nullatenus debeant intromittere; Eſt ergò ſine dubio noſtrum privilegium mixtum quòd & rationi cuilibet valdè conſonum eſſe cognoſcitur.

His prò nùnc prænotatis, maximopere miramur, quomodò audeant aliqui cujuſcumque generis ſint, tàm liberè, & inſulsè Dohanalis fori, ejuſque privilegii, maximam Ærarii utilitatem continentis, tantiſque viribus inter alia adornati, reſtrictionem, nè dicere videamur annihilationem, petere, & decantare! Bone Deus! cuperemus, ùt iſti aliquantulùm æconomicè, ac politicè, nèc extrà juris rationes, & apices hæc diſcuterent; Nam jura non deſunt, quibus ornatum opus videbitur; Sed ùt magis perpenderent, quod inconſultò ajunt. Operemus, ut aliquandò Rex noſter hujus Ærarii cauſam neceſſitatem, ac durationem intueretur, quod prius, quàm nunc, reddit: Ejuſque privilegii tenorem legeret, ut ſciolorum os clauderetur. Potentiumque audacia ſupprimi poſset.

C A P. IV.

Privilegium Regiæ Dohanæ eſt potentiùs omni alio privilegio, ideòque ejus ſubditus utitur eo contrà alium privilegiatum, iſtum trahendo in foro Dohanali.

PRivilegia diſparis eſſe (1) qualitatis, nefas eſt dubitare: Quod autem potentioris ſit virtutis inſpiciendum eſt: Undè prò in concurſo habemus quod magis (2) privilegiatus ſuo privilegio contrà alium privilegiatum uti poſſit, nec privilegia

(1) *l. verum §. fin. ff. de minor.*

(2) *d. l. verum §. fin. Cyn. & DD. in auth. quas actiones C. de Sacroſ. Eccleſ. Barb. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Capyc. Latr. dec. 195. nu. 19.*

legia conquaſſantur inter majorem, (1) & minorem privilegiatum, nàm privilegium potentis alia privilegia vincit.

Hinc expendendas eſſe arbitramur cauſas potentioris privilegii, quò veritas iſta cognoſcatur.

Variæ à Doctoribus (2) cumulantur cauſæ prò dignoſcendis privilegiis potentioribus, de quibus aliquas enumerabimus præcipuas, ùt major noſtri privilegii potentia elucescat: Ideòque dicimus cauſam privilegii Dohanalis eſſe favorabiliorem, quia agit de (3) utilitate Regii Ærarii, & Reipublicæ, vectigal enim eſt nervus Reipublicæ, (4) tàm pacis, quàm Belli (5) tempore, nàm ſine eo Reſpublica conſiſtere non poteſt; Et eſt ornamentum fœderis, ac ſubſidium (6) belli; Ideò omni jure præferendum eſt armis, nàm, ut Tacitus ait, (7) *neque quies gentium ſinè armis, neque arma ſinè ſtipendiis, neque ſtipendia ſinè tributis haberi poſſunt.*

Hinc apertiſſimè conſtat Reipublicæ apprimè neceſſarium vectigal, deindè arma, quæ ſine ſtipendiis non habentur, ideòque primò vectigal, à quo ſtipendia emanant, requiritur, ùt eis arma haberi, & conſervari poſſint: Quarè Dionus dixit (8) *utique tàm pecunia opus nobis futurum, cùm impoſſibile ſit, et ſine bello nos tutos eſſe, et milites ſine ſtipendio habere*; Quapropter noſtrum privilegium, quod immediatè Ærarium reſpicit, optimo jure ſupra privilegium adhuc militum potentiùs dici debet; ac potentius eſt (9) omni alio privilegio, nàm cauſa concedendi noſtrum privilegium (10) favorabilior, & potentior fuiſſe cognoſcitur. Eadem ratione videtur quoque potentiùs noſtrum privilegium, nàm in eo conſideratur major utilitas, (11) & major ſpecialitas, utraque patet; Utilitas major, ùt dictum eſt, prò Ærario, & Republica. Specialitas, ut lege aci patebit, & in hoc opuſculo demoſtrabitur, ac etiam comprobatur ex clauſula negativa (12) *nullus præter vos*, & ſimilibus, quæ negatio potentiùs reddit privilegium.

(1) *Anſald.de Comm. & mercat. diſcur.* 84. *nu.*12.

(2) *Decius in cap. in præſentia de probation.*

(3) *l.vectigalia Cod. de vectigal., & commiſ. Novel.*149.*cap.hoc ſanè Iux. Lipſ.de Civil.Doct. lib.*5.*cap.*6.

(4) *cap.tributum* 23. *qu.*8.

(5) *Tacit.lib.*2.*annal. Vulp.in l.*1.*de quæſtion.*

(6) *Cic.prò leg.Man. Flor.lib.*3.*Hiſtor.cap.*13.

(7) *In lib.*2.*&* 4.*Hiſtor.*

(8) *in lib.* 50. *hyſtor. Roman.*

(9) *leg.verum* §. *fin. ibiq. Bart., & DD. ff.de minor.*

(10) *dicta leg.verum* §.*fin. leg.ſi hominem* §. *quoties ff. depoſit.* 1. *ſi venteri* §. *imponis ff. de privil.credit.*

(11) *Bald. in l.hac conſultiſſima ff., qui Teſtam fac.poſſ.*

(12) *l.*3. §.*liberti ff. de ſuſpect. tutor ubi Bart. l.ſi Ruphinus Cod. de teſtam. milit. ubi Bald.*

D 2 Hinc

Hinc mirari nemo debet, quod ſubditus Regiæ Dohanæ trahit in ejus forum milites, quorum privilegium generale non eſt, nàm multi caſus, in eo videntur (1) exceptuati, in quibus milites eorum foro, & privilegio non gaudent, quod in noſtro privilegio non legimus: Immò eorum privilegio fori milites (2) renunciare poſſunt, licèt non militet renunciatio, niſi antè litem conteſtatam (3) fuerit propoſita, quia faciliùs tollitur privilegium in corpore juris clauſum, (4) quam non inſertum. Et ultrà ea quæ optimè Baldus notat *in l. 29. C. de pact.*, perpendendum eſt, noſtrum privilegium eſſe negativum, *nullus præter vos de dictis hominibus, & Dohana . . . ſe intromittat*, quæ prævalet, (5) & potentiùs redditur.

Inſuper de militibus diſtinguendum eſt; vel enim ſunt in actuali exercitio, & conflictu, vel non: De prioribus nullimodè loquimur, nam quis poteſt illos trahere ad forum, niſi martium, & ſolus hoſtis? De poſterioribus ergò ſermo eſt, qui dùm ſunt in eorum laribus, & patria, extra conflictum, non gaudent, neque gaudere poſſunt (6) foro militari.

Quamobrèm ipſi Barones, cum eorum Vaſſallis Regiæ Dohanæ ſubditis litigantes, in Dohanali foro (7) trahuntur; Eademque ratione noſtrum privilegium ob ſui magnam potentiam reſpectivè aliorum derogat *leg. unica Cod. quand. Imper. inter pupil., & vidu.*, trahens hujuſmodi perſonas privilegiatas, nàm faciliùs derogatur privilegio in corpore juris clauſo. (8) Derogat *l. juris, Cod. de juriſd. omn. Judic. & l. Actor. Cod. ubi in rem act.*, nam reus debet ſequi forum ſubditorum Dohanalium, & non è contrà. Sic etiam *Pragm. 2. de immunit. Neapolit., & Rit. M. C. Vicariæ* trahens ad ſe Neapolitanos activè, (9) & paſſivè, omneſque alias perſonas privilegiatas, quia potentiùs eſt omni alio privilegio, ut dictum eſt, & hoc eſt verum privilegium, quia contrà jus (10) commune videtur.

(1) *Gloſ. parv. in l. 7. ff. de judic. pragm. 20. de Milit.*

(2) *Text. in l. 29. ubi gloſ. Cod. de pact.*

(3) *Bardel. in conſ. 153.*

(4) *Dec. in cap. Romana, de reſcrip. nu. 53.*

( ) *l. ſi Rufinus, ubi Bald. Cod. de Teſtam. milit. l. 3. § liberti ubi Bartol. ff. de ſuſpect. tutor.*

(6) *de Franch. deciſ. 88. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſem Reg. Rovit. in pragm. 16. de milit. Pariſ. de Put. de re milit. ver. quia ſuperior fol. 412. l. 17. Cod. de teſtam. milit.*

(7) *Ann. ſingul. 384. Danz. Pugn. DD. tom. 2. tit. de elect. for. cap. 5.*

(8) *Dec. in dicto cap. Romana de reſcript. nu. 53.*

(9) *de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. § 8. nu. 50. Novar. de elect. for. tom. 1. Sut. 4. qu. 47. & 62. Danz. de pugn. DD. to. 2. tit. de immunit. Neapolit. cap. 1. nu. 11.*

(10) *Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtitut. nu. 23.*

CAP.

C A P. V.

Juriſdictio Regiæ Dobanæ menæ pecudum Apuliæ eſt ordinaria, & non delegata.

SCripturi nos de jurisdictione Regiæ Dohanæ menæ pecudum Apuliæ, non putavimus operæ pretium à primordiis rem repetere, quod, & nimis longum foret, & fortaſſis etiam tedium legentibus pareret: àt tantummodò ea, quæ ad noſtrum typum neceſsaria cognoſcemus: Quapropter hic non agetur de etimologia, definitione, àc diviſione rerum, nàm eæ omnibus patent, & nos brevitati ſtudemus.

Undè & ſi nobis înanè videatur jurisdictionem à Rege conceſſam Dohanerio hujus Regiæ Dohanæ ordinariam eſſe demonſtrare, ſicuti ex iiſdem privilegii verbis apparet clarum, tamèn cum omnibus teneamur, rationibus comprobari arbitramur: Igitur Alphonſus I. Aragonum Rex Franciſco Montlober, qui jam officium obtinuit *mena, ſeù Dohanę pecudum in partibus Apulię*, reſcripſit, conſtituendo eum *in Commiſſarium, Dohanerium, Procuratorem, et Nuntium ſpecialem ad conducendum, et concreandum pecudes, et animalia groſſa*, & ei communicavit facultatem, *cum plena juriſdictione civili, criminali, mero, & mixto imperio, ac gladii poteſtate, ejus vita durante*, ideoque illi conceſſiſſe videtur ordinariam juriſdictionem, ad certum genus tamèn perſonarum univerſaliter prò earum cauſis, *quid intèr conductores dictę menę, Paſtores, Gregarios, et patronos dictarum pecudum, et aliorum animalium ſolent rixę, et controverſię diverſarum cauſarum ſępius avenire . . . Propterea vos predictum Franciſcum Judicem, Gubernatorem, et Capitaneum . . . ſtatuimus, ac etiam ordinamus.*

Hinc notandum quod Rex Officialem prò Dohana jam conſtitutum in Commiſſarium, & Doha-

nerium ad conducendum, & congregandum pecudes perpetuò duraturum elegit, ac deinde ei facultatem cùm plena jurisditione conceſſit ſuper univerſitate perſonarum, earumque cauſarum: Et dicto Dohanerio cognitionem illarum ſub nomine officii perpetuò duraturi commiſit: Adeòque nulli dubium eſt juriſdictionem ordinariam (1) conceſſiſſe. Commiſſa enim cognitione univerſalitèr cauſarum ad certum genus, jurisditio (2) ordinaria data videtur; Et conceſſio in caſu noſtro univerſalis eſse apparet, & ſi ad certum genus perſonarum (3) prò earum cauſis tributa. Nihilque officit, quod dicta conceſſio fuit directa privato, licèt aliter in privilegio legatur, nàm in iſtis adhùc terminis jurisditionem ordinariam Doctores conceſſam (4) deſendunt.

Hic videtur nobis non obſtare textus *in l. fin. Cod. ubi, et apud quem*, requirens in ordinaria juriſditione territorium; Nam de eſsentia dictæ juriſditionis territorium (5) non eſt: Hinc Doctores, ſive Lectores qui habent in Scholares jurisditionem, non habent quidèm territorium, & ſunt tamèn Judices (6) ordinariis: Sic etiam Judices aliquarum artium eſse videntur: Juriſdictio enim Dohanalis à Rege (cujus eſt ordinarios creare (7) Judices) Alphonſo conceſsa fuit abſque aliqua Delegationis (8) nota: Ac ei data, qui jam habebat (9) officium, *hęc itaquè in vobis prędicto Franciſco, qui nùnc uſquè officium à nobis obtinuiſtis menę, ſeù Dohanę*, eique intuitù dicti officii cognitionem univerſalitatis cauſarum ad certum genus perſonarum commiſit; adeòque ordinariam juriſditionem illi dediſse, àc conceſſiſse Alphonſum, fatendum eſt, quià reſpexit etiam Officialem, (10) & non officium; Eò fortiùs, quod officium fuit (11) perpetuum, *& abindè antea anno quolibet*, quod jam experientia patet, nam ut diximus vectigal hoc antiquiſſimùm Romanorum tempore, à Regibus ſucceſſivè exactum fuit, ab Alphonſo in meliùs redactum, reſtauratumque: Undè Canones inſtituit; ſicut tot, tantæque inſtructiones à Regibus ſtatu-

tæ

(1) *Bellaper. in l. more ff. de jurisd. omn. Iudic. & argum. l. fin. cod. ubi, & apud quem, l. 2. §. poſt, deindè ff. de orig. Iur.*

(2) *l. 1. Iunct. gl. in verb. ſpecialiter Cod. nè liceat potent. Dec. in cap. cæterum, not. 1. de Iudic. Furpur. in l. more num. 15. Barb. in l. cum prætor §. 1. n. 68. ff. de Iudic. l. 1. §. cum urbem ff. de offic. Prefect. urb.*

3 *l. 1. Cod. de jurisd. omn. Iudic. Socin in d. l. more n. 17. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudic. q. 17. nu. 9. Marant. in prax. Civ. par. 4. diſtinct. 5. Iudic. n. 2. Dec. in cap. cauſam matrimonii, de offic. deleg.*

(4) *Alex. in l. ſolet, n. 9. de juriſd. omn. Iudic. Bartol. cit. l. more, Menoc. de arbitr. q. 12. nu. 9.*

(5) *Bald. in l. 1. 8. initio, col. 1. in fin., de offic. Præfec. urb., & cap. ſuſpicionis, n. 5. de offic. delegat.*

(6) *DD. in præm. ff. §. ult. gloſ. in auth. habita cod. ne fil. prò Patr. gl. & DD. in cap. ordinarii, de offic. ordin. in 6.*

(7) *DD. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. gl. in cap. 1. nè Prælat. Vicar. ſuos.*

(8) *Alex. in l. Prætor. ff. de juris d. omn. Iudic. l. 1. §. cum Urbe ff. de offic. Præfect. Abbas in cap. licet, de offic. ordinar.*

(9) *argum. cap. licet de offic. ordin. Barb. in l. 17. §. 1. n. 30. ff. de Iudic.*

(10) *cap. quoniam Abbas, de offic. delegat.*

(11) *Carav in rit. 295. nu. 24. Menoc. lib. 2. præſumpt. 16. n. 8. l. Iuriſperitos in princ. de excuſ. tutor. Bald. in l. præcipimus n. 2. de appell*

tæ fuerunt, ut proſpiceretur durationi hujus Regiæ Dohanæ, ac firmitas Regii Ærarii conſervaretur, donèc ejus exigentia, ac objectum perduraret; quod nobis adhùc comprobat clauſula *certa ſcientia*, dicti privilegii, (1) quæ perpetuitatem dictæ conceſſionis denotat; Reges enim maxima cura, & ſolertia providi eſse voluerunt prò eorum Ærario, Reipublicæ apprimè neceſsario, durante illius objecto, prò pace, & bello, populorumque quiete: Ad inſtar Regum Regis, cujus authoritas in Eccleſia non eſt (2) terminata ejus morte, vèl fato Petri, nàm durat Eccleſia authoritatis objectum, & neceſsitas: Sic ergò eſt perpetuatum noſtrum (3) privilegium.

(1) *Gabriel. Comm. lib. 1. de clauſ. Clauſ. 1. Monet. de comm. ultim. volunt. cap. 7. nu. 106.*

(2) *D. Thom. in lib. 4. contr. gent. cap. 76. Tirin. in Indic. controv. controv 6. n. 7. in caſu noſtro de Pont. de poteſt. Proreg. fol. 504. nu. 4.*

(3) *Cyn. in l. privilegia, cod. de Sacroſan. Eccleſ. Afflic. dec. 138. in princ. Alex. in conſ. 33. col. penult. n. 5.*

C A P. VI.

Juriſdictio Regiæ Dobanæ privativè, & abdicativè conceſſa fuit.

DE hac veritate ex privilegio clarè apparente, dubitari nobis abſonum eſſe videtur; Attamen quiſque nos excuſet, ſi de ea agimus, cùm hoc, & officium poſtulet, & opus prò aliis diſſerendis ea indigeat.

Concluſionem hanc noſtri privilegii textus demonſtrat, *de quibus rixis, controverſiis, & cauſis, vos tantùm cognoſcere volumus*, cujus diſpoſitio includens (4) expreſsa cætera ſine dubio excludit, & non admictit; Quapropter ex ſui natura ad alia non expreſsa extendi non (5) poteſt; & præcipuè cùm fuerit privilegio inſita, ut in caſu noſtro, tùnc quemcumque alium (6) Judicem excludit; eò fortiùs cum conceſsio tranxit in (7) privilegium certarum perſonarum, quarum cognitione, & cauſis cœteros Judices (8) privat: Quod adeò verum eſt, ut ipſæ Regiæ Cameræ Supremus Senatus, ab oraculo cujus Dohana pendet, per modum legis

(4) *l. qui aliena §. libertus ff. de negot. geſt. leg. qui ſella §. qui actum ff. de ſervit. ruſtic. prædior.*

(5) *Farin. conſil. 76. par. 4 nu. 13.*

(6) *l. 1. cod. de offic. Præfect. urb. Barb. in l. 1. art. 4. n. 106 de Iudic.*

(7) *Ludoviſ. dec. 4. n. 5. de Bell. de feud. part. 1 cap. 2. §. 1.*

(8) *Tondut. de prævent. par. 1. cap. 2. Menoc. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18.*

Digitized by Google

gis condendæ ſtatuit, Sc. (1) *Regiam Dohanam menę pecudum Apulię in prima inſtantia cum ſubditis ſuis activè, & paſſivè cognitionem habere omnium cauſarum Civilium, criminalium, & mixtarum privativè quo ad omnes alios Judices, tàm inferiores, quàm ſuperiores*, & proindè remiſit cauſam non obſtante electione fori facta: Ratio eſt clara; Nàm Rex ſuam intentionem patefecit, adimens per ſpecialem hanc conceſſionem alterius (2) generalem Juriſditionem, vel conceſsum, vel jure competentem, nè homines diſtraherentur ab animalium mena, & à tanta induſtria, cujus Regium Ærarium ſubſtentari, conſervari, augerique videtur.

Verum tamèn ut penitùs & claudatur os eorum, qui immaturè de Dohanali foro, vel faſſi ſunt, vel deinceps loquentur, placet textus noſtri aliqua tranſcribere, *ità quòd nullus preter vos de dictis hominibus, de Dohana, & caſibus quibuſvis emergentibus inter eos ſe modo aliquo intromittat;* En juriſditio tam ſpecialiter privativè conceſsa, quod ſinè dubio à Doctoribus in abdicativa transferri propugnatur, cùm, tali conceſſione, vel clauſula non ſolùm videatur forus peculiaris, & privativè conceſsus ad excluſionem aliorum Judicum; Sed ab iſtis omnibus juriſditionem evellit, (3) & extirpat, quia hoc caſu omni foro derogatum eſse videtur, & præcipuè ſi clarè, ùt in textu noſtro, Principis mens (4) innoteſcat, & ità certo perſonarum generi, earumque cauſarum univerſitati conceſsum appareat, ita quod ipſarum ſpeciale privilegium foret, privilegium (5) obſervari, prò ut ſemper obſervatum eſse, non dubitatur.

Et in caſu noſtro opus non eſt Doctorum (6) regulas inveſtigare prò dignoſcenda jurisditione, ſi privativè conceſsa fuerit, nàm legales ambages tollere ſtudens Rex Alphonſus apertè per ſuum privilegium juriſditioni generali ordinariæ, vel aliorum Judicum derogavit; quapropter fruſtrà de hoc dubitatur, nàm, & ſi ſpecialis conceſſio jurisditionis ordinariæ (7) non deroget generali, quia *tex. in l. 1. Cod. de offic. Pref. Urb.* loquitur cumulativè

tivè

(1) *de Marin. ad Revert. dec. 526. nu. 17.*

(2) *Angel. in l. teſtamenta omnia cod. de teſtam. Aret. in l. quod iterum §. ſi quis poſt, de legat. l. clarè de Marin. ad Revert., & Revert. ipſe in cit. dec. Grat. diſcep. for. lib. 1. cap. 18. Giurb. dec. 82. n. 6.*

(3) *Menoc. de arbitr. q. 40. per text. in l. 1. §. de his ff. de ſuperat. leg. cum Clericis, & Bald. cod. de Epiſc., & Cleric. text. in l. quod iterùm §. ſi quis poſt ff. de legat. 1.*

(4) *Aret. in cit. §. ſi quis poſt.*

(5) *Ricc. in collect. 397., & 1227.*

(6) *Barb. in l. 1. art. 4. n. 78. de Iudic. Carlev. de Iudic. lib. 1. diſcep. 2. nu. 1205. Cancer. var. reſol. par. 2. tit. 2. n. 199.*

(7) *l. 1. Cod. de offic. præfect. urb.*

Digitized by Google

tivè reſpectù ſuperioris, & inferioris Judicis ejuſdem ferè lineæ : non etiam eorum, qui nullam habent inter eos congruentiam, prò ut eſt intèr Judices Regiæ Dohanæ, & alios aliorum Tribunalium : tamèn hoc ſecùs ſe habet, ſi in conceſſione ſpeciali (1) expreſſa videatur derogatio.

Hìnc patet magnam eſſe vim, roburque noſtri privilegii, ab aliis Judicibus Jurisditionem in ſuos privilegiatos extirpantis, ità quòd nèc offendentes eorum aures ab eis puniri, (2) nec recognoſci poſſunt ratione abdicationis.

(1) *argum. l. 1. §. de his autem ff. de ſeparat. Roman. in conſ. 339. Felin. in cap. paſtoralis in princ. de offic. ordin.*

(2) *Sanſel. prax. Civ. ſect. 25. nu. 25. Grat. dec. 145 Menoc. de præſump. 18. Thor. in cod. rerum Iudicat. allegat. 49. i, controv. 19. Barr. nu. 6.*

C A P. VII.

Forus Regiæ Dohanæ à Privilegiatis perſonis eligi non poteſt.

Electio, ſivè fori variatio dependet à voluntate (3) perſonæ privilegiatæ, ſi velit tali, vel alio competenti foro uti: Undè aſſertio noſtra abſquè dubio in Actore, & Reo ſubditis, & tertio privilegiato non ſubdito verificari, certum eſt, quia forus iſte neceſſarius eſt, & privativus.

Actor enim Regiæ Dohanæ ſubditus cauſas extrà Tribunal ipſius agere non poteſt (ſicuti ex dictis, & dicendis latiùs patebit) cum jurisditio ſuprà ipſum ſit privativè, & abdicativè conceſſa reſpectù cæterorum Judicum, à quibus illam extirpat, & ideo de eo (4) cognoſcere non poſſunt, & ipſæ per alios vagari foros nequit.

Reus quidèm Regiæ Dohanæ ſubditus extrà eam à perſonis privilegiatis trahi non poteſt, nam ultrà id, quod privilegium noſtrum ſit potentiùs (ſicut demonſtravimus) ad hoc ut fori variatio, & electio militet, Iudex (5) eligendus competens reſpectù Rei eſſe debet; ſecùs autem injuſtitia foret Reis, ùt convenirentur coram Judicibus non ſuis: Eò magis quia noſtrum privilegium eſt val-

(3) *de Roſ. prax. civ. cap. 2. diſtinct. 1. n. 47.*

(4) *l. 1. §. de his ff. de ſeparat. l. quod iterum §. ſi quis poſt ff. de legat. 1.*

(5) *Afflict. in conſtit. ſtatuimus nu. 27. Carav. in rit. 225. Muſcat. par. 2. gloſ. competentes n. 27. Novar. de elect. for. ſect. 4. q. 61. Anzald. de comm. & mercat. diſcur. 43. à nu. 7.*

dè amplum, & nobile ratione cauſæ finalis, ac neceſſitatis Regii Ærarii, quarè quodcumque aliud privilegium rumpit, (1) & quaſſat.

Tertius verò privilegiatus non ſubditus ejuſdem Regiæ Dohanæ (nàm de ſubditis eſt forus neceſſarius, (2) adeoque eligi non poteſt) contrà cæteros, vel ſubditos, vel non, forum Dohanalem eligere non poteſt, cum ſit privativus ad certum perſonarum, genus, & cauſarum ſuæ Univerſitatis, extrà quem vagari (3) non valet; Immò forus ipſe privilegium habet contrà alios privilegiatos vigore clauſulæ derogatoriæ meri, (4) & mixti Imperii conceſſionis, aliarumque clauſularum (quod Rex facere (5) poteſt) quod magis viget, ſi de Regis mente clarè conſtet, conceſſionem juriſditionis privativè eſſe (6) quò ad alios Judices, ut in caſu noſtro clariſſimum eſt, *vos tantùm cognoſcere volumus . . . . ità quod nullus præter vos*.

Hinc notandum eſt forum Regiæ Dohanæ derogare *l. unic. Cod. quand. Imper. inter. pupill. & vid.* qui textus non loquitur contrà privilegiatos, vel Judices neceſſarios, & privativos; Sed de perſonis miſerabilibus reſpectu aliarum non privilegiatarum: Nam contra privilegiatas forus (7) eligi non poteſt, cum privilegia privilegiis (8) conquaſſentur: Excepto tamen noſtro privilegio, quod eſt potentiùs omni alio, & eſt privativum, ac abdicativum cum onore ad certum perſonarum genus, certumque Judicem conceſſum, quam ob rationem à miſerabilibus perſonis in forum electum trahi (9) non poſſunt ſubditi Dohanales; nèc quaſſatur noſtrum privilegium immò ad ſe omnes trahere, quantumvis privilegiatos, etiam (10) Neapolitanos, certum eſt.

(1) *l. ſed & milites ff. de excuſ. tutor.*

(2) *Anſald. de commer. & mercat. loc. cit.*

(3) *Panorm. in cap. ſignificaſti num. 16. de for. compet. Iaſ. in l. eſt receptum nu. 7. de juriſd. omn. Iudic. Marant. in prax. par. 4. diſtinct. 6. nu. 24. Barb. in l. 1. art. 1. ff. de Iudic.*

(4) *ex Aſſlict. in conſtit. ſtatuimus nu. 15.*

(5) *Tap. in l. fin. ff. de conſtit. Princip. par. 2. cap. 9. & in cit. conſtit. nu. 30.*

(6) *Rip. in cap. 1. de reſcript. Grat. diſcept. 182. n. 13. de Luc. ad dec. de Franch. 187.*

(7) *Georg. Obrec. de juriſd. lib. 3. cap. 18. Foller. prax. crim. rubr. audiantur à n. 102. Covar. pratt. qq. cap. 7. n. 4. Muſcat. prax. civ. gl. competentes n. 86.*

(8) *DD. in auth. quas actiones cod. de Sacroſ. Eccleſ. de Franch. deciſ. 188., & 153. n. 4. Rit. M. C. Vic. 208. & 231.*

(9) *Danz. pugn. DD. to. 2. de elect. for. cap. 5. nu. 7. Novar. de elect. for. lect. 4. q. 47. Ricc. in prax. de elect. for. cap. 31. num. 20. Scial. de for. compet. cap. 28. nu. 12.*

(10) *de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 8. nu. 64. Carlev. de Iudic. lib. 1. diſput. 2. nu. 687. Thor. in compend. dec. par. 1. verb. Neapolitani.*

CAP.

C A P. VIII.

Juriſditio Regiæ Dobanæ non poteſt ad alios Judices prorogari, nèc ab eis præveniri.

RAtionum baſim, argumentorum loca cognoſcendi cauſas, quibus juriſditio prorogatur, ſtudioſis relinquimus; & de eis diſſertiſſimè Carlevalius, (1) & Barboſa (2) agunt: Nos brevitati ſtudentes, & a noſtro privilegio non recedentes (prætermiſſo) tamquam indubitato articulo circa rem pecuariam, ſivè Regalis patrimonii (cujus reſpectu electio, ſivè variatio fori (3) non militat, quia cum Fiſco agitur) juriſditionem Dohanalem nullimodè à cæteris judicibus occupari poſſe, ſivè de ejus ſubditis judicare, ſtatuimus; quia ſoli Dohanerio ſc. ipſius Dohanæ Gubernatori conceſſa videtur, & ab aliis abdicata Judicibus, *vos tantùm cognoſcere volumus*, deindè aliis expreſsè prohibetur, *ità quod nullus præter vos de dictis hominibus, & Dohana, & caſibus quibuſvis emergentibus intèr eos, ſe modo aliquo intromittat*; Ideòque ab ipſis ſubditis, neque extendi, neque prorogari poteſt, (4) ad inſtar Clericalis (5) fori (cui aſſimulatur noſtrum privilegium ob clauſulam (6) privativam, & abdicativam) qui ab alio Judices ampliari, vel prorogari (7) non valet; adeoque omnes remanent incompetentes reſpectù noſtri fori, ità quod neque ex voluntate, neque ex conſenſu ſubditorum extendi, ac prorogari (8) pe miſſum eſt nàm eorum privilegio, quia geneneralì (9) renunciare. Non poſſunt: Undè comparentes in alio foro abutentes proprio, legitimè puniri (10) fas eſt, cùm ſit eorum jurisditio privativa, cujus princeps effectus eſt, quod non poſſit a ſubditis ad alios Judices (11) extendi: Hinc neſcimus cùr ridiculam velint aliqui prohibitionem ſuis ſubditis à Regia Dohana factam, nè in alio eorum jura experirentur foro.

(1) *in tract.de Iudic. tit.1.diſp.2.q.9.*

(2) *in l.1.,& ff.de Iudic.*

(3) *Novar.de elect. for.to.1.ſect.4.q.90. Carlev. de Iudic. lib. 1. diſput.2. nu.649.*

(4) Capyc.*deciſ.9.Iaſ. in leg.ſi per errorem, in gl.1.ff.de juriſd.omn.Iudic. Menoch. in lib. 11. præſumpt. 18. Felin. in cap.cæterum, de Iudic.*

(5) *Thor. in cod. rer. Iudit.alleg.49.de Franc. dec.417.*

(6) *de Franc. d. dec. nu.8.*

(7) *Cap.nullus, cap.ſi diligenti de for. compet. Capyc.dec.127.num.6.de Franch.dec.183. n.5., & dec.417.nu.8. Gram.dec. 30.Merlin. controv. lib. 1.cap.99.*

(8) *Bald. in l. teſtamenta in princ.not.2.cod de teſtam., & in leg.certa ratione n.4.cod.quanprovoc.non eſt neceſ., & in auth.habita.n.33.cod. nè fil.prò patr. Boer. in dec.69.*

(9 *l.ult. cod.quando mul.tut. offic. fung. pot. Parlador. differend. 65. centur.1.controv.69.*

(10) *Bald.in l.2. cod. de donat. Grat. in dec. 145.n.9.*

(11) *Afflict. in l. Imperialem, §.præterea ſi, de prohib. alien.feud.*

 Qua-

Digitized by Google

Quapropter per noſtrum privilegium derogatum eſse videtur textui *l. nullum cod. de textib.*, Ideò ſubditi Regiæ Dohanæ offendentes aliorum Judicum aures, ab eis cognoſci non poſſunt, quia ſubjecent jurisditioni privativæ ob cauſam favorabiliorem conceſſæ, prò ut pluries deciſum in ſimili caſu Doctores noſtri (1) adnotant, & à nobis dictum eſt.

Inſuper noſtrum forum præveniri non poſſe; nullo negotio demonſtramus; ideò utentes Jurisconſulti Merlini (2) phraſi in his terminis alloquentis dicimus, quod ſi anteà hæc diſputatio admittebatur, hodiè procùl dubio diſcuti non permictitur, cùm prò certo habeatur; imò prò lege, quià à Sacro Conſilio deciſum, & in gradum reclamationis confirmatum, quod jurisditio privativa, & abdicativa nullatenùs (3) præveniri poſſit; Nam præventio locum ſibi non vindicat, ubi paritas jurisditionum eſse non videtur; ſed potiùs ipſæ in caſu noſtro ob privilegium, & clauſulas privativas; & abdicativas diſpares eſse cognoſcuntur, quare jurisditio privativa ſemper eſt (4) præferenda.

Hinc à Regia Dohana jure optimo expediuntur lictera hortatoriales prò remictendis, imò avocandis cauſis, Tribunalibus Supremis, vel paribus: Inhibitoriales verò inferioribus, ut acta originalia tranſmictant, abſque (5) aliqua ſolutione, quod adhùc practicatur ad inſtantiam Rei, ſi coram alio Judice à Dohanalis ſubdito provocatus fuerit: Quæ praxis eſt antiquata, ac viridis abſque interruptione aliqua: Adeòque fuit, & eſt fidelis interpreſſui fori, qui ab ipſa conſuetudine, & obſervantia (6) declaratus habetur, quæ ni potiùs vocemus ſtylum, per binas tantùm deciſiones (7) inducitur: Nec longa indiget præſcriptione, nàm eſt interpres ſui privilegii, ac fori, cujus immediata, & ſubſequens praxis declaratoria (8) eſſe videtur. Idcircò præ oculis ſemper haberi oportet magnitudo privilegii, gravitas negotii, ac ſumma Regii Ærarii utilitas, cujus tantummodò causa talis, & tanta jurisditio conceſsa fuit; àc nè perſonæ ab earum

(1) *Theſaur.dec.266. Tap.deciſ.Sac. Conſ. 13.*

(2) *in cap.62.num.8. lib.2.controver.*

(3) *de Franch.dec.723. Tap.dec.13.de Ann.conſ. 107. Afflict. in dec. 45., & 190. Capibl. de auth. Baron. in pragm.8. cap. 37.Sanfel.dec.419. & in prax.civ.ſect.25. n.47.*

(4) *Felin. & alii in cap. Paſtoralis nu. 7. de offic. ordin. Rollan. in conſ.48.nu.20.*

(5) *Pragm.79.§.38.de offic.procur.Cæſar.*

(6) *cap.cum dilectus, conſuet. Bald. in conſ. 449. Bartol. in conſ. 59. de Franch.dec.58.nu.6.l. quamvis,cod.de uſur.*

(7) *de Franch.dec.238.*

(8) *l.minimè ff.de legib.cap.cum dilectus, de conſuet.*

rum (1) exercitio diſtraherentur, & eis obſervaretur Regia fides, & promiſſio, quæ in contractum tranxivit.

(1) *Thor. in cod. rer. Iudic. allegat. 49. Tap. in decif. 13. Sac. Conſ.*

C A P. IX.

Jurisditio Regiæ Dobanæ æqualiter militat, tàm hyemis, quàm æſtatis tempore.

EN' area primi forsàn conflictus, cùm adverſariis, qui, ablata jactantia (2) quæ penitùs eſt deponenda, dùm veritas inquiritur, pares, imò minores remanent.

(2) *Aug. de Civit. Dei lib. 1. cap. 11.*

Hyppotheſis noſtra reſpectù cauſarum Regalis Patrimonii, etiàm actento Proregis Eminentiſſimi Cardinalis Granuela vulgato *capite* 28., vèl tangentium intereſse illius, vel ejus conſervationem, & æconomiam, aut ſuum materiale objectum indiſtinctè ab omnibus conceditur; Quapropter vigilantia ejus, qui Gubernio hujus Regiæ Dohanæ præſidet, ſemper eadem, ſemperque illa ceſsata eſſe debet; Cum gravitas negotii, & conſervatio Regii Ærarii temporis differentiam, vel diviſionem, nullatenùs patiatur; Hinc pluribus in legibus Dohanalibus (3) expreſsè ſtatuitur, quod Regius Dohanerius maxima cura gubernet, & allocet pecora æſtatis tempore, quò validiora deſcendant in Apuliam; Ideoque Dohanerii æconomia pervigil eſse debet, & ut ſemper ita foret, ſibi in rebus inter partes decidendis adjutor datus fuit; ideſt Auditor, nè ipſe in litibus partium dirimendis tempus tereret, ac à rebus prò Regio Ærario gerendis averteretur.

(3) *in inſtruction. Prorег. D. Petri de Toleto cap. 51. Eminentiſſimi Granuela cap. 39. de Sangro cap. 21.*

Hoc igitur poſito, concluſio firmanda remanet, reſpectù cauſarum hujus Regiæ Dohanæ ſubditorum, vel inter eos, vel cùm aliis vertentium abſque ullo Regii Fiſci intereſse: Et hìc diſtinguimus cauſas in Dohana inceptas (ubi de (4) jure com-

(4) *l. ubi acceptum, ff. de Iudic.*

communi, ac (1) Dohanali finiri debent) à cauſis incipiendis, vel introducendis: Super iſtis igitur, vel civiles, vel criminales, vel mixtæ ſint, fundamenta jactamus.

Quapropter nobis valdè ſufficiens videtur Textus noſtri privilegii; in quo ita Rex Alphonſus affatur, *& quia intèr Cohauctores dicta menæ Paſtores, gregarios, & patronos dictarum pecudum, & aliorum animalium ſolent rixæ, & controverſia diverſarum cauſarum ſæpiùs evenire* (hic de cauſis inter partes abſque fiſcali intereſse ſit ſermo) *de quibus rixis, controverſiis, & cauſis, vos tantùm cognoſcere volumus . . . . ità quod nullus præter vos de dictis hominibus, & Dohana, & caſibus quibuſvis emergentibus inter eos modo aliquo sè intromictat*, hic de Univerſitate cauſarum diſponitur; èn igitur Univerſalis prohibitio reſpectù aliorum Judicum, qui penitùs ſe intromictere non poſsunt: temporis ergo diſtinctio undè colligitur? Lege ènim generaliter dictante, (2) & non diſtinguente pudor eſt, nos illam diſtinguere velle, diviſamque amplecti, & per eam non expreſsa, audacitèr nos exprimere poſse; eò fortiùs quod noſtra lex clauſula univerſali *quibuſvis*, roborata videtur; quare omnia ſub ſe comprehendit; nihil (3) excludens; Et ſequentibus confirmatur clauſulis *quibuſcumque de literis, vel cedulis, ſeù ſcripturis factis, ſeu faciendis . . . . nullatenus obſtituris*; Quibus verbis Rex firmat privilegium omni ævo valiturum, præſenti, & futuro tempore ſemper firmum; nèc ab alio deincèps privilegio lacerandum: *De certa . . ſcientia*, quà clauſula non ſolùm tollitur quodcumque impedimentum, quod poſset apponi (4) dictæ legi: Verùm etiam de conceſſione Regis nihil dubitandum (5) permictit; ac proprio Principis motu adjecta apparet; quarè ſuum effectum ſuamque vim non (6) ſuſpendit; Sed confirmare, & corroborare ſuadetur.

Quid indè dicemus, ſi alterius in p ciamus vim, & effectum clauſulæ, *ſe modo aliquo intromictat*, præcedenti negativa, i. *nullus*, quod idem eſt,

(1) *in cit. inſtruct. Em. Granuel. cap. 28. in corpor. reformat. ejuſd.*

(2) *l. de pretio, ff. de public. in rem action. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtan. l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. præſes ff. de offic. Preſid.*

(3) *l. à Procuratore, Cod. mandat. cap. ſolitæ, major. & obedien.*

(4) *Iaſ. conſ. 110. lib. 3. Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 79. Bald. conſ. 273. lib. 1., & conſ. 30., & 101. lib. 5.*

(5) *Gabriel. comm. lib. 6. tit. de clauſ. concl.*

(6) *Seraph. de privil. juram. privil. 107. n. 38.*

eſt, ac nullo modo, quæ generalitèr majora comprehendit, quam (1) expreſsa fuerint prò amplitudine ſui privilegii, prò cujus conſervatione omnia, etiam permiſsa (2) excludit, ſi ejus cauſæ finali obſtitura eſsent; adeòque continet vim decreti (3) irritantis, annullans quemcumque actum: Unde quivis alius Iudex penitùs incompetens redditur, & precipuè in caſu noſtro, in quo etiam ratione exercitii, proptèr vectigal perſolvendum, quod unicè eſt privilegii finis, certæ perſonæ eximuntur à jurisditione aliorum (4) Judicum.

Eſt etiàm hic notatu dignum, tot, tantaſque clauſulas, geminataſque prohibitiones in noſtro privilegio contineri: Quare magis (5) ligant, & operantur, ac proinde temporis diſtinctio argui, induci, & conſiderari non poteſt. Hinc Regia Dohana abſque ulla temporis præſcriptione, aut diſtinctione in quibuſcumque ſuorum ſubditorum cauſis procedere debet, ſicuti ſemper in tali poſseſſione, vel quaſi fuit, & eſt ſine ulla contradictione, avocans ab omnibus aliis Judicibus, & Tribunalibus cauſas illorum vi, & virtute ſui ampliſsimi privilegii in quo cùm totum Rex ex certa ſcientia diſpoſuiſset, operatus fuiſse videtur plenitudine ſuæ (6) poteſtatis, adimens ab aliis (7) jus quæſitum, uti in caſu noſtro Juriſdictionem ordinariam, quæ clauſula poſt alios optimos effectus, aufert omne dubium, quod contrà à Rege conceſsa oriri (8) poſset.

Et ſi juriſditio Dohanalis, ut demonſtravimus privativa eſt, ac inſimul abdicativa, qua propter incompetens eſse videtur quivis alius Judex, quomodò frangi poterit, interrumpique ejus privilegium? Ità ut ejus ſubditi ſint aliquandò, vel in aliquo temporis intervallo ſub juriſditione aliorum Iudicum totalitèr incompetentium? Et ſi ſemper ſunt ejus ſubditæ perſonæ in ſuis (9) libris deſcriptæ, & uſquequò ceſsante fine, vel cognita cauſa non caſsentur, quomodò æſtatis tempore ſubjici poterunt aliis Judicibus, & ſimul eſse Regiæ Dohanæ ſubditæ? Hic eſset labyrinthus, quo major

jor

(1) *Gloſ. in Clemen. 1. de re judic. in l. cum pæna ff. de recept. arbitr.*

(2) *Seraph. de privil. juram. privil. 98. nu. 95.*

(3) *Gram. in conſ. 3. n. 12. Gigan. de penſion. qu. 10. nu. 10.*

(4) *Foller. in prax. crim verb. audiantur excuſatores, nu. 10. Franch. dec. 117. n. 8. Tap. de Iur. regn tit. de offic. magn. Admir.*

(5) *Curt: Iun. in conſ. 278., d. Clem. 1. de re Iudic.*

(6) *Felin. in cap. cum inter nu. 5. de exception. Par. conſ. 1. lib. 1.*

(7) *Menoc. de præſump. lib. 2. præſumpt. 9.*

(8) *Gabr. comm. concl. lib. 6. de clauſ. concl. 1. Tuſc. concl. pract. tom. 1. litt. C. concl. 340.*

(9) *ex dict. cap. 28. inſtruct. Emin. Gramuel.*

jor dari non poſset, excludens quorumcumque ſcribentium filum, vel exitum; imò potiùs pexima, graviſque confuſio, cùm non ſervaretur cuilibet (1) ejus forus.

(1) Cap. pervenit. 11. qu. 1.

Sed cùm magis, atque magis intueamur privilegium Dohanale, in quo jurisditio conceſsa videtur certo generi perſonarum, nè diſtrahantur, & avertantur ab earum exercitio Regio Ærario perutili non tantùm prò cauſis dictum Ærarium tangentibus, ſed etiam prò peculiaribus dictarum perſonarum, & certa ſcientia (2) quod idem eſt, ac annihilatio cujuſcumque impedimenti, adhuc legitimi, abſque alia, vel expreſsa derogatione, & præſupponi Princeps (3) benè inſtructus, pròut verè, & realitèr fuit, nàm hujuſmodi privilegium conceſſit poſt longum tempus, quo expertus fuit negotium hujus Regiæ Dohanæ, ejuſque menæ pecuariium, ut ex ejus contextu apertè habetur, *qui nunc uſque officium à nobis obtinuiſtis menę, ſeù Dohanæ* fateri opus eſt, non poſse jurisditionem noſtram prò æſtatæ diſtingui, & per tempora diſtinctam eſse, vel diviſionem à temporibus accipere; cùm unica, & ſola juriſditio indiſtincta dictis perſonis, earumque cauſis conceſsa videatur? Qui contra talia, ſophiſmata, vel illationes conclomerare pretendat, herculè a febricitantium delirio, ac vaniloquio pauliſpèr abeſse videtur.

(2) Bald. in conſ. 253. lib. 1. Tuſc. pract. concluſ. concl. 340.

(3) Alex. in conſ. 15. lib. 5. Rot. Rom. apud Farin. dec. 180.

Colorem eorum, quibus valdè odio eſt, & amara jurisditio Regiæ Dohanæ, jam ſcimus eſse *caput* 28., ejuſque riformam, àc explicationem inſtructionum Eminentiſſimi Cardinalis Granuela, tùnc hujus Regni Proregis: Verumtamèn ſi illud ratum fuit, operæ pretium eſt demonſtràre.

Jurisditio Regiæ Dohanæ fuit a Rege tantis ornata privilegiis Dohanerio conceſsa, & communicata, ùt perſonæ ad menam animalium allicerentur & ad eorum exercitium Regio Ærario maximoperè utile, facillimè inclinarent, *& valeatis largè & amplè ſalvum conductum, aſſecurationem, affrancationem . . . concedere. Vos tantùm cognoſcere volumus . . . . ità quod nullus præter vos de dictis hominibus*

minibus . . . ſe intromictat; En alliciamentum, & totum plus, quod in privilegio expreſsè habetur: Undè perſonæ quæ ſub hac fide, & lege ad Menam veniunt, dicti privilegii ſavore plenè frui debent; Quamobrèm prò promiſſis Rex ſe obligavit, *quæ omnia, & ſingula per vos promictenda cum obligationibus ſupradictis volumus, quod tanta ſint efficaciæ, ſeù valoris, quantùm ſi forent per nos promiſſa*; En efficaciam, fidem, ac valorem promiſſionis, & alliciamenti; Hoc igitur cognito, neſcimus, quomodò Prorex tanto regali (1) privilegio diminutionem, vel derogationem inferre poſſit? Quod à Rege diſponitur, ſi fortè dubium admicteret, ad ipſum recurrendum, ab ipſo declarationem (2) fieri oportet; Eò fortiùs, & precipuè ſi ſuis Miniſtris, uti in caſu noſtro, nè ſe inſerant interdicit, *mandantes ipſarum præſentium tenore de certa noſtra ſcientia ſub pænis ſupra contentis Vicemgerentibus, Juſtitiariis, Gubernatoribus, Capitaneis, & Officialibus noſtris dicti noſtri Regni . . . ſe nullatenus debeant intromittere*; Quæ diſpoſitio, & clauſula *nullatenùs* omnem excludit caſum (3) vel poteſtatem, & univerſalitèr negans omne, neque juriſditionem patitur, & quia negotium tangit immediatè res de puris, Principis (4) Regalibus, ideò de eo neque ſuus Vicarius, neque Locumtenens agere, (5) vèl diſponere poteſt, ſicuti Procurator, vel Vicarius (6) mutare non poteſt mandata Domini, vel Epiſcopi, nàm ejus eſt interpretari, (7) cujus eſt concedere, quando ſumus in caſu dubio; quid ergo in caſu expreſſo, & claro?

At quoquè nos latet, undè arguatur, vel trahatur temporis diſtinctio, quæ in privilegio noſtro, neque expreſſa legitur, neque tacita argui poteſt; Et contrà illius verba, àc mentem à Juriſditione Dohanali ſubditos ſubtrahere, eoſque ſupponendo non ſolùm Regiis Judicibus; verùm etiam (quod maximè cavendum) Baronalibus (nè alia dicamus) quo in caſu daretur ſine dubio chymerà, ideſt videremus eodem tempore ſubditos Regiæ Dohanæ, quià deſcriptos in ejus libris ex lege citati

(1) *de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de annon. ſeù abbund. Civit.* §. 4. *nu.* 1. & 6. *argum. text. in l. damnare* 13. *de re Iudic. Felin. in cap. quæ in Eccleſia, de conſtitut. verb. quarta declaratio. Taſſon. de anteſ. ver.* 2. *obſerv.* 2.

(2) *leg. fin. cod. de legib. Rip. reſponſ.* 13. *tit. d. diverſ. reſcript. Aſſict. in conſtit., ut univerſis num.* 34.

(3) *leg. ult. de Teſtam.*

(4) *Montan. de Regal. in verb. Armanniæ.*

(5) *Idem in verb. via publica nu.* 6.

(6) *l. ſi hominem, & ibi Bartol. ff. mandat.*

(7) *cap. ex multiplici de decim. Bald. in l.* 1. *ff. de conſtit.*

tati

tati *cap.* 28. *Eminentiſſimi Granuela* non eſſe ſubditos, tamquàm ſuppoſitos aliorum Judicum foro, & judicio, cùm eorum magno incommodo; ideòque in re tam gravi, & oneroſa mutaretur Regis promiſſio; quod ipſe Rex facere non poteſt, (1) nec ei permiſſum eſt; Eò magis in caſu noſtro, in quo, ut demonſtravimus, in contractum tranxivit privilegium; quarè, & ipſe Rex concedens illud, nèc mutare, (2) nèc revocare valet: At largè interpretandum, & extendendum eſt, quia proprio motù (3) conceſſum.

His poſitis, & demonſtratis, quod Rex ſc., vèl ejus Locumtenens ea facere non poſſit: quid dicendum, quid concludendum de Sacro Regio Conſilio in aliquibus (4) ejus deciſionibus, ſi verè extant, contra forum Regiæ Dohanæ? Quilibet ſciolus jàm intelligit. Ultrà quam quod ejusdem Sacri Regii Conſilii (5) aliæ deciſiones illis oppoſitæ afferuntur in caſu noſtro: hac igitùr contrarietate poſita, àc Sacri Regii (6) Conſilii facultate adverſus noſtrum privilegium, herculè dubitandum nihil remanet contra Regiam Dohanam, cujus vires ſemper ſunt ſalvæ, ac firmæ; & ſi aliquandò Sacrum Conſilium ſententiando (7) jus faciat, tamen revocare non poteſt quod & ipſi Regi non permittitur.

In hujuſmodi lapſum, & errorem, contrà forum Dohanalem ſi ceciderint aliqui antiquitatis ſcriptores, quòcumque modo fuerit, nobis mirum non eſt; Sed in eum cæcidiſſe Scriptores *arreſto* 700. (de quo alibi aliquid dicemus) Regiæ Cameræ & Regia *Sanctione* 79. *de offic. procur. Cæſar.* poſteriores; ac noſtri temporis aliquos, valdè mirum eſt, valdeque durum! (licèt conſideranti prò quibus ſcripſerint, admiratio ceſſet), quia in dictis legibus non remanet locus dubii; Immò dubium ſublatum & ex mente Regis *in dicta pragmatica* §. 38. deciſum habemus; & hoc non ſinè ſumma ratione, namque prò certo ſicuti habetur, quod hæc Regia Dohana, ejuſque induſtria regali patrimonio perutilis, conſervetur tantummodò intuitu ejus privilegiatæ juriſditionis, uti confeſſus fuit Dohanerius

D. Fa-

(1) *cap. decet., de regul. Iur. in* 6.

(2) *Suar. alleg.* 9. *Mohed. dec.* 6. *de privil. Petr de poteſt. Princip. cap.* 57. *dub.* 2. *Borrel. de præſtan. Reg. Cathol. cap.* 53.

(3) *Nat. in conſ.* 340. *Surd. in conſ.* 140.

(4) *Caſar. in ſpecul. peregr. quæſt. qu.* 15.

(5) *Barr. controv. for. controv.* 20. *in fin.*

(6) *Taſſ. de anteſ. verſ.* 3. *obſer.* 3. *n.* 70. *Conſtant. ſuper pragm. in tit. de Offic. Sac. Reg. Conſ. de Franc. dec.* 9. *n.* 3.

(7) *Afflict. dec.* 169. 190. & 383.

Digitized by Google

D. Fabritius de Sangro in ſupplici libello Proregi per Regium Collaterale Conſilium porrecto prò explicatione dicti *cap.* 28. illis verbis; (1) *E perche la Doana neſſuna coſa la mantiene dopò l'erba, ſe non la giurisdizione, el giuſto favore*; Et ipſe Eminentiſſimus Granuela in dicto ſuo *cap.* 28. eadem expreſſit; *nè la iſteſſa Doana può ben governarſi, quando non ſe li conſervi, & oſſervi ancora la giurisdizione conceſſa per li retro-Rè di queſto Regno al detto Magn. Dohanerio, ed ad eſſa Dohana confirmata poi continuamente*: ità certè, & prò indubitato eſt, quod deſtructo ejus foro, deſtructa ſimùl ipſa Dohana eſſet; quam in aliquo periculo poſitam ob ejus non obſervatam jurisditionem, audient Carolus II. fæliciſſimæ memoriæ, Hiſpaniarum Monarca, & cupiens in integrum eam reſtituere, rigidè, & conſultò ejus Proregi impoſuit, quod forus (2) Dohanalis inconcuſse obſervaretur, & ejus litteris hortatorialibus obtemperarent cuncta Tribunalia, etiam Sacrum Conſilium: Undè per os Proregis loquente Rege, prodiit legislatio, & claruit mens illius, *in cit.* §. 38. *dictę pragmaticę*, in quo neque temporis, neque juriſditionis diſtinctio legitur: Immò contrarium arguitur, nàm ſi prò plena juriſditionis obſervantia generaliter jus dixit, (3) generaliter debet accipi, & diviſio penitùs fugienda eſt, tanquàm verbis, & menti Regis contraria: Nam ſi Rex aliter (4) voluiſſet, expreſſiſſet: Quapropter conſiderare neſcimus, quomodò de noſtro foro, æſtivo tempore hodiè dubitari (5) poſſit de quò nec antea dubitari poterat, tàm rationibus dictis, quàm ex eo, quia dictum *cap.* 28. nunquàm fuit praxi receptum, quòd nobis fateri videtur doctus (6) Barra, qui non valdè procùl poſt Eminentiſſimum Granuela ſcripſit, & conſtantèr firmavit, privilegia hujus Regiæ Dohanæ ſemper in viridi obſervantia fuiſse, abſque hominis memoria incontrarium: Si hoc, quod nàm majùs Regiæ Dohanæ privilegium, quàm forus, de quo ſignantèr ille loquitur? forus ergò ſemper fuit obſervatus, qui uti conceſsus alicui perſonarum generi, nè ob earum

(1) *de Marin. ad Revert. in dec.* 526.

(2) *pragm.* 79. §. 38. *de Offic. procur. Cæſar.*

(3) *l. de pretio, ff. de public. in rem action. l. ultim. ff. de teſtam. milit. l. non diſtinguemus ff. de recept. arbitr.*

(4) *l. unic.* §. *Si nam, cod. de caduc. tollen. cap.* 2. *de tranſaction.*

(5) *Marad. in pract. obſerv. pragm. obſer.* 59. *nu.* 6. *Rodoer. ad de Marin. cap.* 213.

(6) *in tract. controv. forenſ. controv.* 19.

exercitio propter utilitatem Regiæ Curiæ averteretur, omnibus aliis Judicibus reſpectu illarum facultatem, (1) ac juriſditionem tollit, & abſtulit; & quodcumque aliud privilegium ceſsare facit ratione clauſulæ privativæ, quæ in noſtro privilegio expreſsa continetur; & ſi à dictis Scriptoribus denegata, (2) non uti incognita; ſed ùt eis facilè aperiretùr via forum Dohanalem oppugnandi: Unde poſita dicta clauſula, ſicuti ex privilegio clarè patet, cadunt argumenta, & oppoſita Doctorum adverſantium.

(1) *Tapp.in dec.Sac. Reg.Conſ.dec.13.*

(2) *Altim.de nullit. ſentent. rubr. 9. qu. 30. nu.53.*

Inſupèr notandum quod in praxi non erat acceptabile dictum *cap.* 28. Eminentiſſimi Granuela, nàm fuiſſet genitor multarum confuſionum inter Regiam Dohanam, alioſque Judices: & anteaquàm ſolveretur quæſtio, vel confuſio, jàm eſset lapſum æſtatis tempus, & punctum illud temporis extinctum eſset, acceſſu, & regreſsu Locatorum; quorum aliquandò aliqui majorem partem æſtatis in Apulia permanent, ob eorum negotia expedienda; Et intereà à montibus animalia deſcendere incipiunt; Immò dictum *cap.* 28. eſset directè cauſæ impulſivæ noſtri privilegii oppoſitum, nè averterentur homines ab eorum exercitio: àc Regia fides, & promiſſio in nihilum obirent contrà mentem Regis, qui magna ſolertia ejus Ærario providere curavit: Quaproptèr expreſsè prohibuit, *omnibus Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus . . . quatenùs de ſupradicta Dohana ſe nullatenùs intromictant . . . aut alterius cauſę modo quocumque impedimentum aliquod inferant:* Immò plùs mandavit *de certa ſcientia, ſub pœnis ſupra contentis Vicemgèrentibus, Juſtitiariis, Gubernatoribus, Capitaneis, & Officialibus noſtris dicti Regni noſtri Sicilię citrà farum majoribus, & minoribus . . . prętentibus, & futuris . . . quatenùs de dicta Dohana, & Mena, ac Patronis Conductoribus animalium, & pecudum, & de aliis ſuperiùs antedictis aliquà ratione, ſeù cauſa ſe nullatenùs debeant intromictere*: Sileant ergò ranæ, dùm tonat Olympus: Et ideò forus Dohanalis, ſemper, ubiquè, & prò quibuſcumque litibus, procul

cul dubio militat,, ac (1) locum ſibi vindicat:

At ingrediamur expediti inimicorum Caſtra, ut verè dicere poſſint.

Una (2) *ſalus victis nullam ſperare ſalutem*.

Quid ergò ſit depoſitum in *cit. cap.* 28. (ſi tamen ſubſiſteret) videamus: èn verba illius, *però l'eſtate ritornati, che ſaranno in Apruzzo detti di Doana, debbiano godere l'iſteſſi privilegii, quanto a non eſſerne tratti per le cauſe come di ſopra: Verùm circa il traere, non lo poſſono, ſe non in cauſe tantùm toccantino a Doana*; Hinc expreſsè habetur, Locatos paſſivè ſemper omnibus eorum fori privilegiis gaudere: activè verò prò cauſis ſine intereſſe Regii Ærarii, non; ſc. non poſſe Reos à ſe conventos coram Iudice Dohanali trahere; Extrà relatam confuſionem, ac directam oppoſitionem dicto privilegio, nam eodem tempore duobus diverſis foris Locati eorum jura experiri deberent ubi eſt decantata generalis, & ſimplex temporis diſtinctio? Ubi Baronum prætentio tot querulis vocibus prolata? Idem indè habetur prò comprobatione noſtræ concluſionis in *dicto cap.* reformationis iſtis verbis, *conforme alla diſpoſizione della legge commune*, ſc. Reos eſſe conveniendos in eorum foro: Quid ergò? Si hoc locum haberet, eſſet ampliùs, quam Locatos activè adire debere Judices Reorum prò æſtate tantùm? Sed quod Locati, ac alii Regiæ Dohanæ ſubditi prò æſtate ſint penitùs ſubjecti Officialibus Baronum, vel aliorum Judicum, quò jure, quà lege, quo dicti *cap.* 28. loco cavetur? Nec in declaratione aliquid innovatur. Undè igitur tot Jurgia, tot clamores inferunt adverſarii, qui hoc colore potiùs Regium Ærarium deſtruere, quam Regiæ Dohanæ ſubditos alienæ dictioni ſupponere cupiunt? Et ſemper pejora attingentes audeant (mirum!) etiam poſt relatam *Sanctionem* 79. §. 38. *de Offic. procur. Cæſar.* hujuſmodi proferre, & tentare! Concordes quidèm ſunt Doctores etiam noſtri ævi, non eſſe ampliùs hodie dubitandum de foro (3) Dohanali prò omni tempore militare, in omni loco, & prò omnibus cauſis, vel delictis: Nos verò huic

dubio

(1) *de Angel. in tract. de delict. par. 2. cap. 7. nu. 80., & ſequentibus.*

(2) *Virgil. Eneid. lib. 2*

(3) *Barr. controv. for. 19. Thor. in cod. rer. Iudic. allegat. 49. Marad. in obſer. ad Reg. pragm. obſerv. 59. n. 7. de Angel. de delict. par. 2. cap. 7. nu. 80.*

Digitized by Google

dubio, nèc locum fuiſſe vel à primordiis Regiæ Dohanæ jure demonſtravimus. Privilegium enim non eſſet, niſi contra jus eſſet (1) alios læderet, àc prò bono eorum, quibus eſt conceſſum.

(1) *Bartol. in l. 1. nu. 12. cod. de iur. & fact. ignorant. Galeot. controv. 48. lib. 2. nu. 5. Felin. in cap. nonnulli, nu. 17. de reſcript. Natt. conſ. 340. vol. 2. nu. 4.*

C A P. X.

Juriſdictio Regiæ Dohanæ nullum præjudicium affert aliis Judicibus, Regiis, vèl Baronum ex cauſa oneroſa Jurisditionem habentium ſubtrahendo aliquas perſonas ab eorum Juriſdictione.

JAm diximus Regem Alphonſum confirmaſſe, àc reſtauraſſe hanc Dohanam, conceſſiſse quòque ei tot, & tanta privilegia ſuæ authoritatis plenitudine, ùt allicerentur homines ad Menam illius ob cauſam (2) tàm publicam, quàm eſt ubertas (3) Regii Ærarii: Et hoc pendere à regalibus illius claſſis, quæ à Coronâ ſperari non poſsunt; Undè talis conceſſio, vèl privilegium eſt penitùs favorabile, àc non odioſum, quia directè tendit ad utilitatem Regiam, & publicam: quapropter latè interpretandum, & ampliandum eſt, non autèm (4) reſtringendum, & ſi accidentalitèr, vèl in conſequentiam aliquo modo alios lædere videatur.

Nùnc verò dicimus Regem eſse fontem perennem à quo omnis jurisditio ſcatet, & emanat, & in (5) quem redundat: Hinc ab ejus arbitrio dependet novos (6) creari Judices, aùt novas dignitates multis prærogativis (7) ornatas aliis conferre, etiam ſi antiquis præjudicium inferatur; eò magis ſi totum hoc ad publicam utilitatem dirigatur. Hinc etiàm clarè patet, quod Rex vendens jurisdictionem, nihil ſibi, aùt plenitudini ſuæ poteſtatis, vel ſuæ (8) jurisditioni ſupremæ prejudicat: (quid ergò venditant Barones!) Unde ſi ali-

(2) *Cap. tributum, 23. qu. 8. Aget. ad dec. Mol. prænot. 2. & 3. & par. 4. §. 25.*

(3) *Montan. controv. 66. Taſſ. de anteſ. ver. 3. obſerv. 3. nu. 130.*

(4) *cap. odia, de regul Iur. in 6.*

(5) *Montan. de regul. fol. 135. nu. 3. Caſſan. in cath. glor. Mund. par. 5 conſ. 24.*

(6) *Cyn. in l. quoties, cod. ubi Senat. vel Clariſſ.*

(7) *Ioann. de Plat. in l. unicuiq., cod. de prox. Sacr. Scrin.*

(8) *Covarr. pract. quaeſt. tom. 2. cap. 4. Andr. in conſtitut. Regn., ea quæ ad decus.*

aliquid expreſsè jubet, adhùc ſi aliorum præjudicium intercludat, penitùs (1) obſervari debet: quarè poteſt Rex perſonis, & rebus (2) uti, ad differentiam verumtamèn Baronum, (3) qui non poſſunt (licèt abutentur) ad eorum utilitatem Vaſſallis uti, nam privata eſt eorum cauſa, cui (4) præfertur publica, ùt cætera reticeamus: neque poſsunt res hujuſmodi Barones prætendere, quia nunquàm conceſsa intelliguntur ea, quæ ad plenitudinem poteſtatis (5) Regis pertinent: quæ poteſtas nunquam conceſsa exiſtimatur, vel præſumitur, quia inſeparabilis eſt ab oſſibus Regis.

Hoc prò certo, uti eſt, poſito, quodnàm præjudicium afferat jurisditio Regiæ Dohanæ Regiis Iudicibus, nos capere neſcimus, cùm Rex poſſit novos Iudices conſtituere, & eos ea facultate quæ ſibi expediri videbitur, ornare? Ità etiam reſpectu Baronum hoc non intelligimus, quorum privilegia non obſervantur in tam ampla forma, quam eorum verba ſonant, & importare videntur, (6) neque ſunt in poſseſſione clauſularum in privilegiis inſertarum; & quorum juriſditio, etſi dependeat à cauſa oneroſa, ampliſſimis prærogativis plena, attamèn continere non poſsunt ipſis ſupremam illam (7) juri ditionem, ſummumque imperium, quòd ſempèr reſervatum, & nunquàm conceſsum intelligitur, quia ſubditi a Rege Baronibus conceſſi non deſinunt eſse tales concedentis, qui legitimè (8) illis uti poteſt; Et ratio nobis indicat hujuſmodi fontem, nam juriſditio à Populo in Regem, (9) & non in Barones translata fuit; Undè ſine dubio Rex per legem ſuam, ſivè legem condendo, Baronum (10) juriſditioni præjudicare poteſt: Et hujuſmodi lex temporibus præſertim noſtris in dubio poni nequit, nam vulgata eſt *Sanctio 79., & ſignantèr in* §. *38. de offic. procur. Cæſar.* ſicuti per aliam *pragm. 1. ubi de delict. quis conv. deb.* ſtatutum (11) habemus, & practicari quotidiè obſervamus, Vaſsallos extrahi à Baronum Juriſditione, licèt ei conceſsa (12) in dominium, & ob cauſam illà

(1) *Bellon. in conſ.2. Curt.Iun.in conſ.1.lib.1 Prat.diſcep.for.cap.891*

(2 *Montan.de regal. fol.12.nu.7.*

(3) *Id. fol.117.nu.3.*

(4) *l.unic.cod.de Offic.Comit.Sacr.largit.*

(5) *Innoc.in cap. cùm adMonaſterium, de ſtat. Monach.*

(6) *Carav.in rit.205. nu.4.Carleval.de Iudic. part.1. diſput.2. n.1100.*

(7) *Merlin. dec.125. Natt. conſ. 487. Surd. conſ.157.*

(8) *Montan.de regal. fol.149.nu.32.*

9) *Text. in l.1.ff.de conſtitut.Princip.*

10) *Bartol.in l. antiochentium ff.de privil credit.Bald. in l.reſcripto cod.de precib.Imper. offer.Capibl.de Baron.in pragm.3.cap.12.n.11.*

(11) *de Franch.deciſ. 470.*

(12) *ex Montan. de Regal.fol.145.à n.32.*

Digitized by Google

illà Regiæ Dohanæ inferiorem.

Inſupèr adnotandum, quod licèt Doctores (1) circa conceſſionem jurisdictionis Baronibus factam pugnent, alii namque id tribuunt Regi Roberto ſapienti, qui quatuor litteras in *quatuor Regni* (2) *capitulis* contentas conceſſiſset; Alii verò Alphonſo I.; tamèn de hoc conflictu non curamus: Sed deceptum Regem in tali (3) conceſſione autumant: At ſi leges obſervarentur, non ita foret; Malitia namque Baronum talia præſumere facit, prò ut in eos invehens (4) Capiblancus testatur, quia faciliùs ducuntur ad aliqua, dùm (5) imperent: Quare ea quæ ipſis vetita ſunt, (6) & quæ non permiſſa, prò libito faciunt: Ex quo Doctores ipſi exclamant, Regni pacem abiiſse, Regni, & Vaſſallorum conſumptionem veniſse, Regiamque juriſditionem (7) peſsundari; Hinc oportet erudito Taſsone (8) fateri in hoc ſtatu Regnum propter peccata Populorum eſse.

Utcùmque tamèn hæc ſe habeant, indubitatum quoque videtur jurisditionem Baronibus conceſsam poſteriorem fuiſse Regia Dohana, de qua retulimus antiquitatem; nam dicta Dohana antè Reges Normandos, fuit ab eis in meliùs poſteà redacta, & ab Alphonſo reſtaurata: Quapropter vel conceſſit jurisditionem Baronibus Rex Robertus, vel Alphonſus, ſemper reſervata intelliguntur Regis Regalia (intèr quæ hanc Dohanam, & ejus vectigal eſse demonſtravimus), & nunquàm conceſsa; Immò excepta à quibuſcumque privilegiis, (9) generalibuſque diſpoſitionibus, adeò ut in conceſſionibus Regalium de una ſpecie ad aliam non fit (10) illatio: Hinc clarè deducitur Regem Baronibus ditionem conceſſiſse, reſervato ſibi jure Regiæ Dohanæ, prò illis ſc. Vaſsallis, qui ad Menam, & Dohanam accurrere vellent; eò magis, quia non intelligitur conceſsum, quod cauſa privilegiata (11) ad concedentem ſpectat, nàm alioquin videretur potiùs Regiam Dohanam deſtruxiſſe; cùm totum fere Regnum ſub Baronibus reperiatur; quibus ſine dubio in conſideratione fuit onus dictæ Dohanæ

in pre-

(1) *Taſſon. de anteſ. verſ.12.obſerv.12. n.99. de Franch.dec.370.nu.8.*

(2) *Cap ad conſultationem, cap. exercere volentes. cap. proviſa juris Sanctio, & cap. juris cenſura.*

(3) *Taſſon. loc. cit.*

(4) *in tract. pract. qu. in pragm. in præfat.*

(5) *Sueton. in vit. Neron. Cic. lib.3. Offic.*

(6) *Taſſon. de anteſ. verſ.3. obſerv.4. à nu.3. cum ſequentibus.*

(7) *de Franch. dec.370. n.8. Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr.27. §. & quia nu 55.*

(8) *de anteſ. ver. 3. obſerv.4. n.31. Conſtant. in prag.8. de Baron. Galeot. Reſponſ. fiſcal. 28.*

(9) *Cap. unic., quæ ſint Regalia, cap. quò ad de Offic. deleg. Sixtin. de Regalib. lib.1. cap. Galeot. reſponſ. fiſc.28. Valdav. par.1. obſerv.1. nu.3. & ſequentibus.*

(10) *Rolan. lib.1. conſ. 1. Sixtin. dec. cap 5.*

(11) *Merlin. cent.1. controv. forenſ.99. nu.2. & ſequentibus.*

in pretio ſeudorum taſsando in contractu, & emptione.

Eià igitur recedant tot eorum querulæ voces, ſine baſi, ratione, & fundamento, neque abutantur illa Regis pietate, & munificentiâ, quà ſemper utitur ipſe Rex, ità ùt ea, quæ facere poteſt, rariſſimè, vel nunquàm faciat.

Ex dictis patet Regiam Dohanam abſque ullo tertii præjudicio legitimè ſuos conſtituere officiales (1) in terris, in quibus adſunt ſui ſubditi, ut reſpectivè propriæ rei ſubjectæ cura (2) habeatur.

(1) *ex pragm. 79. §. 19. de Offic. Procur. Cæſar.*

(2) *Montan. controv. 66*

C A P. XI.

Juriſditio Regiæ Dohanæ extenditur ad perſonas adbùc non ſubditas.

Regem ſuos habere Judices (3) fiſcales, neminem latet, quare ipſi cognoſcunt (4) de cauſis ad Regium Fiſcum ſpectantibus: Unde Fiſcus, vel Actor, vel Reus ab illis eſt (5) judicandus; qui etiam procedunt inter privatos, ſi cauſa à Fiſco (6) dependeat. Hinc ſanè Rex Alphonſus prò Mena, & Dohana Apuliæ Iudicem creavit Dohanerium omnimòda poteſtate, & imperio, ſicuti in noſtro privilegio legitur.

Quapropter opus eſt, diſtinguamus cauſas immediate tangentes Regium Ærarium, vèl Regis patrimonium, undè ejus conſervatio dependet; ab illis ſubditorum Dohanalium peculiaribus, vel inter partes: Priores igitur ſine dubio non patiuntur reſtrictionem, vel exceptionem ſibi contrariam, quia facultas Regiæ Dohanæ (præſertim æconomica, & politica, quà multa poteſt (7) etiam contra Eccleſiaſticos Rex) reſpectu dictarum cauſarum ſuper quamcumque perſonam, etiam Eccleſiaſticam, & tempus, & locum dilatatur, cùm ſpeciali modo in-

(3) *Tot. tit. cod. ubi cauſ. Fiſcal.*

(4) *l. 1. 2. & l. ad Fiſcum cod. eod. tit.*

(5) *l. 1. cod. de fid. inſtrum. lib. 10. l. ſi conſtante §. fin. ff. ſolut. matrim. leg. ſi vendente cod. ubi cauſ. Fiſc. leg. ſi minori cod. de jur. Fiſc. lib. 10.*

(6) *Citat. l. ſi minori.*

(7) *Valdav. tract. obſerv. obſerv. 2. & 3. per tot. AEgid. de Caſtejon. in Alphab. jur. verb. Imperator. Card. Bellarm. lib. 8. de laic. cap. 13. Div. Thom. in 2. 2. qu. 4. art. 1.*

do inſpici debeat conſervatio, & augumentum Regalis patrimonii, ſicuti expreſsè habetur, & noſtro privilegio, *mandantes omnibus Marchionionibus, Ducibus, Comitibus, terrarum Dominis, Univerſitatibus, & ſpecialibus perſonis & ſignantèr Dominis, & patronis dictorum herbagiorum, & paſcuorum præſentibus, & futuris . . . quatenus de dicta Dohana ſe nullatenùs intromittant*: Et alibi, *vobiſque, aut alteri veſtri parte in præmiſſis, & circa præmiſſa, & in quibus requiſiveritis, aſſiſtant, et faveant, & aſſiſti, & faveri mandent, & faciant auxiliis, Conſiliis, & favoribus opportunis, & ad omnem veſtram requiſitionem procedant rigidè, et potentèr contrà ſupra nominatos magnates, Comites, et Barones, et perſonas alias ſuperiùs nominatas, qui fortè mandatis, et ordinationibus prædictis obedire noluerint juxtà præſentium ſeriem, et tenorem*. Et priùs quòque legitur; *ac prædictis Eccleſiarum Prælatis, Magnatibus, et Dominis per præſentes notificamus, et ad eamdem pœnam mandamus, ſi contrà fecerint*.

Diximus facultatem Regiæ Dohanæ reſpectu cauſarum cadere ſuprà quamcumque perſonam, etiam Eccleſiaſticam, imò & Eccleſiam, Templum ſc. ſubjungimus; nàm Eccleſia, & Eccleſiaſtica perſona, quæ ducit animalia ad Dohanam, vel conducit terras ſalidas, in negotiis Civilibus Regium Ærarium tangentibus gaudet Dohanali foro activè, & paſſive; In cauſis verò peculiaribus, gaudet noſtro foro in agendo tantùm: Hæc eſt praxis.

Poſſet hic oriri quæſtio, quomodò Eccleſia, vel Eccleſiaſtica perſona ducens animalia ſua ad Menam, ſivè Tabulerium hujus Regiæ Dohanæ, vel ejus terras ſalidas colens, poſſit noſtro foro uti contrà tertios non ſubditos in agendo tantùm? Et an hæc praxis recta ratione fundetur? Reſpectù hujus prorogationis ſpeciei (nàm mediante Eccleſiaſtica perſona, extenditur noſter forus ſuprà Reos, Regiæ Dohanæ non ſubditos) ſi inſpiciamus apices Juris, certum eſt prorogationem fieri non poſſe ſinè conſenſu utriuſque (1) partis; & Eccleſiaſticam perſonam talem conſenſum præſta-

re

(1) *l. 1. & 2. in princip. ff. de Iudic. l. ſi is qui C. de Epiſcop. aud. Bart. in l. ſi per errorem, de Iuriſd. omn. Iudic.*

re (1) non poſſe; imò prorogationem locum non habere, niſi inter perſonas (2) communi Imperio ſubjectas, quod inter Eccleſiaſticum, & Laicum verificari nequit; qui jurisditio Eccleſiaſtica dependens (3) à Deo, aliis communicari Iudicibus, ſc. (4) Secularibus, non poteſt; neque officeret exemplum reconvenctionis, qua mediante perſona Eccleſiaſtica ſubjecet Iudici (5) ſæculari: Nàm iſta ſubjectio ea invita (6) contingit: Illa verò voluntariè fit, & cauſatur ab ipſa perſona Eccleſiaſtica. Prò foro autèm radix eſt inſpicere, quò jure bona Eccleſiaſticarum perſonarum ſubjici poſſint vectigali hujus Regiæ Dohanæ, nàm hoc inſpecto, eadem ratio, ſive jus ſtabit prò foro.

Certum eſt in jure Canonico, communitèr recepto a Doctoribus, quod Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ prò bonis, quæ negotiantur, vectigalia (7) ſolvere debent; cui omni ratione concordat (8) jus Regni; Quicquid pace eorum teneant (9) Oliva, & (10) Leſſius, nam *textus cap. fin. Clement. de cenſib.* littera aperta eſt. Undè non gaudent foro (11) Eccleſiaſtico, & prò Laicis (12) reputantur, ac perdunt privilegium in emendo, (13) & vendendo, poſſeſſioneſque (14) conducendo, nam mercatura, & ſimilia ſunt negotia (15) ſæcularia. Hinc Eccleſiaſticus negotiator cogi poteſt captis pignoribus ad ſolvendum vectigal; ſed non in perſona; præcipuè ubi mos eſt, (16) & conſuetudo viget, eò (prò ut noſtra Dohana) fortiùs, ſi res ſummariè agatur, & judicium à captione pignorum prò vectigali incipiat, vel ipſa res incidat in commiſſum; quia tali caſu eſt ſententia rei, (17) & non perſonæ; concordatque noſtrum *arreſtum* 565. in quo legitur Clericum ob ſolam fidejuſſionem in beneficium Regii Fiſci fuiſse carceratum, licèt diſcuſſo negotio fuit remiſſus ad Judicem Eccleſiaſticum, bonis tamèn remanentibus ſub Iudice Laico. Immunitas enim Eccleſiaſticarum perſonarum, quò ad cauſas Eccleſiaſticas, & Spirituales à jure divino (18) dependet; quo verò ad cauſas temporales,

G 2 & pro

(1) *cap. ſi diligenti, de for. compet.*

(2 *cap. cum olim il 1. de offic. delegat. Vinn. de Iuriſd. prorog. tract. 10. nu. 2.*

(3) *Victor. relect. 1. de poteſt. Eccleſ. ſect. 5., & relect. 3. de poteſt. civil. Bellarm. tom. 1. vol. 1. contrac. 3 de Rom. Pontif*

(4) *Concil. colon. 3. tit. de Offic.*

(5) *cap ſi diligenti de for. compet. auth. de Sanctiſ. Epiſcop. §. Rev. Collat. Maron in prax. par. 4. diſtinct. 6. nu. 44.*

(6) *l. cum Papinianus cod. de ſentent.*

(7) *cap. fin Clem. de cenſib. & Gloſ. ibi cap. quamquam de cenſib., Rip. cap. 22. lib. 2.*

(8) *arreſt. 57. §. 3. & 7. & arreſt. 561.*

(9) *de for Eccleſ. par. 4. q. 38.*

(10) *de juſtit. lib. 2. cap. 21. dub. 1.*

(11) *cap. ex litteris, de vit. & honeſt. Cleric.*

(12) *cap. quamquàm, cenſib. in 6. Clement præſenti, eodem tit. Luc. de Regal. diſcurſ. 53. 70. & 131. nu. 3.*

(13) *dict. cap. 1. & 2. de vit. & honeſt. Cleric.*

(14) *Concil Calced. can. 3.*

(15) *cap 1. ne Cleric. ſe immiſc. Concil. carth. 3. can. 15.*

(16) *Gu ier. lib. . de Gabell quæſt. 94. num. 5. Graſſ. de effectib. Cleric. effect. 1. n. 874 Laſſar. de decim. vendit. cap. 19. nu. 84.*

(17) *Periur de Man Reg. cap. 38. n. 14. Mauſ. de contrab. q. 8. n. 13.*

(18) *Covar. pract. qq. cap. 31. n. 2. Duar. de Eccleſ. lib. 1 cap. 2.*

Digitized by Google

& prophanas à jure (1) humano. Undè volunt Doctores dictas perſonas teneri ob prohibitionem juris Canonici, non autem (2) ædicti ſecularis: Etſi aliqui DD. alitèr doceant (3) prò gabellis rerum.

Hinc nobis conſentanea videtur ſententia DD (4) quod animalia Eccleſiaſticorum damnificantia capi, & retineri poſſint à Iudice Laico, donèc ſatisfiat parti, & præcipuè ubi conſuetudo viget, nam jure pignoris poteſt quiſque animalia damnificantia prò ſuo intereſſe retinere, adeò quod retinens Reus (5) efficitur, & coràm ſuo Iudice eſt conveniendus: Magis ergò cum Regio Fiſco Dohanali, cujus paſcua Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ animalia ſumunt.

Inſùper notorii juris eſt Eccleſiaſticum feudatarium prò cauſis feudalibus à Iudice ſæculari (6) cognoſci, quia Dominus eſt ſæcularis; Ac ad impoſitiones cauſa publicæ (7) utilitatis teneri.

His prænotatis neſcimus an dubitari quin teneantur Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ ad ſolutionem vectigalis hujus Regiæ Dohanæ, quæ ſummariè agit, ab executione incipit, & animalia in commiſſum lapſa retinere poteſt; nec ſolutio à vectigali tota abſorbetur (Nam major ejus pars eſt juſta merces paſcui, quò animalia hyeme gaudent) Quapropter ſi Eccleſia, & Eccleſiaſtica perſona mercaturam exercens, perdit forum, & ſubjecet vectigali; abſurdum quidèm non eſt, quod poſſit foro vectigalis, ſivè mercaturæ uti, ac ùt talis conſiderata trahat ad Dohanam alios, etſi non ſubditos, quos in judicio tantùm agendo convenit. Hæc igitur praxis rationibus fortaſsè iſtis fundata non diſplicet.

Hic quoquè placet tali adhùc occaſione rationem praxis prò ſolutione hujus vectigalis, quæ ab Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis prò earum animalibus in noſtra Dohana fit, adnotare: Hinc tria ſunt conſideranda in Regia fida, ſivè in eo, quod ſolvitur prò animalibus in Regia Dohana, pretium nempè paſcui, quod à Regia Curia directis illius Dominis ſolvitur; & id, quod ſuprà illud Regia Curia

(1 *Suar. in defenſ. fid. adver. Angelic. lib. 4. cap. 11. Innoc. in cap. 2. de major., & obedient. Menoch. de juriſd. lib. 1. cap. 16.*

(2) *Oliv. de for. Eccleſ. par. 1. qu. 38., & 39.*

(3) *Bartol. in l. 1. q. 4. cod. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Luc. di Penn. in l. ſi divina domus, cod. de exact. tribut. lib. 10. Revert. in dec. 222. Covarr. in reg. poſſeſſ. par. 2. §. 4. nu. 8.*

(4) *de Penn. in l. jubemus n. 1. 2. & 3. cod. de Navib. non excuſ. lib. 11. Benedict. in cap. Rainutius verb. & uxorem ...vendan. de execut. ...and. par. 1. cap. 4. nu. 30.*

(5) *Carlev. de Iudic. lib. 1. diſput. 2. nu. 158.*

(9) *cap. verum, de for compet. cap. cæterum de Iudic. Afflict. in cap. 1. §. item ſi Clericus, de capit. Corrad. Curt. in tract feud. par. 4. q. 2.*

(7) *cap. non minus, & cap. adversùs, de immunit. Eccleſ. l. non inſtruit. cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

Digitized by Google

Curia exigit ob ſuam induſtriam, ac vectigal prò licentia eorum animalium, quæ in Tabulerio paſcua ſumere non poſſunt, & ad paſcua extraordinaria accedunt: Primum, & ſecundum confuſa videntur, & prò juſto pretio paſcuorum exigitur; eò fortiùs, quod Regia Curia ſemper integrè directis Dominis ſolvit, ſuo periculo illa vendens: tertium, tamquàm onus reale pecoribus gentilibus impoſitum, abſque conſideratione perſonarum, ſed habita ſolùm ratione ad rem ipſam: prò quò ſolvendo Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ (1) tenentur; Quod vectigal ſolvitur, vel quia pecora fuerunt ſolita in tabulerium venire, & proindè ad veniendum coguntur; vel quia ab antiquo, ac antè immunitatem Eccleſiaſticam fuit impoſitum, prò ut fuiſſe credendum; nam de hoc antiquiſſimi authores locuti ſunt, ut videre eſt (2) apud Frecciam; Et præcipuè de eo locutus fuit *M. Varro*, qui ortum habuit anno primo Olympiadis CLXVI. & floruit (3) antè Chriſtum ann. LXVIII. *qui in lib. 36. de re ruſtic.* ſpecificè ſcripſit de noſtra pecudum Mena in Apuliam; Et *Roſinus* (4) de hoc antiquiſſimo Romanorum vectigali, apud quos ſcriptura vocabatur: Quapropter videtur eſſe onus antiquum & reale, ad quod tranſactis rebus cum earum onere regali ob aliquas cauſas in Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum (5) manus tenentur, ut prò pace, & quiete defenderentur a (6) Regibus; Ideòque Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ de exterioribus vectigal (7) ſolvunt.

Dohanalis undè juriſditio prò dictis omnibus cauſis in omnes perſonas adhùc non ſubditas abſque exceptione temporis, & loci extenditur, ut Regis patrimonio, Regioque Erario nullum impedimentum, nullumque inferatur præjudicium.

Prò cauſis verò poſterioribus ſc. peculiaribus inter partes adhùc extenditur juriſditio Dohanalis, nam inter privatos, etiam Iudices (8) Fiſcales procedunt, quorum juriſditioni ſubjacent, (9) vel actores ſint, vel Rei ratione clauſulæ privativæ, & abdicativæ, certo generi perſonarum conceſſæ, nè ab earum

(1) *Innoc. in cap. non minus, n.5. de immunit. Eccleſ. Bartol. & Bald. in l. placet. cod. de Sacroſ. Eccleſ. Præpoſit. in cap ſi tributum 11. qu. 1. latè Menoch. de juriſd. & immun. Eccl. lib. 3. cap. 23.*

(2) *de ſubfeud. lib. 2. author. 46.*

(3) *Bolunt. in conſ. celebr. author. fol. 60.*

(4) *in lib. 10. antiquit. Roman. cap. 2.*

(5) *Menoc. de juriſd. & immun. Eccleſ. lib. 3. cap. 23. verſ. reſpondetur primò.*

(6) *cap. ſi tributum in fin. 13. q. 8. cap. 1. in fin de cenſib.*

(7) *dict. cap. 1. in fin.*

(8) *leg. 6. 8. 10., & fin. cod. ubi Cauſ. fiſcal.*

(9) *Capyc. dec. 9. Thor. in compend. deciſ. par. 2. verb. Iudex ſpecialis*

earum exercitio (1) avertantur; Ità ut ejus ſubditi trahunt ad noſtrum (2) Tribunal adverſarios, & non trahuntur ab illis corā eorum Judice, licèt (3) Neapolitanis, qui privilegium habent, nè trahantur (4) ad alia Tribunalia; Ideò pœnis affliguntur in Regia Dohana, qui ejus ſubditos (5) offendunt, vel delicta committunt ſimùl cùm ſubdito Dohanali; nam omnes hoc Tribunal cognoſcit, (6) quod ad ipſum trahit eos ratione ſui ſubditi, ſub eodem privilegio, & forò, uti nos quotidiana quòque praxis docet; Cujus rei Principem rationem non conſideramus continentiam ſolùm cauſæ; Sed cùm, & virtutem quoquè noſtri privilegii, quod non patitur ejus ſubditum ſub alio Iudice; at alios ad forum (7) privilegiati, (8) vel majoris privilegiati trahi: Quarè in Regia Dohana limitata videtur, ac non militat diſpoſitio Juris communis *in leg. 1. Cod. ubi de crim. ag. opor.*, & municipalis *in pragm.* 1. *ubi de deliƈt. quis conven. deb.*, nam *tex. diƈt. leg.* loquitur de Judicibus ordinariis æqualibus ſinè clauſula privativa, & abdicativa favore alicujus eorum ſc. de Judice loci, ubi eſt commiſſum delictum; de Iudice, coram quo eſt cauſa inchoata; & de Iudice loci, ubi eſt captus delinquens: textus pragmaticæ verò ſupradictæ loquitur de Iudice loci, ubi deliquerit Reus, ac de M. C. Vicariæ, adeòque licèt reſtringat diſpoſita per jus commune, tamèn de eàdem qualitate Iudicum diſponit: adeòque neuter textus locum habet in caſu noſtro; quia juriſditio Regiæ Dohanæ eſt cùm clauſula privativa, & abdicativa, *vos tantùm cognoſcere volumus, ità quod nullus preter vos* ... *ſe modo aliquo intromiƈtat*; ideòque ſolùm Tribunal Dohanale cognoſcit de cauſis, & criminibus ſuorum ſubditorum, in quocùmque territorio delinquentium: ac juriſditio in aliis prorogari non poteſt ob dictam clauſulam privativam, & abdicativam, quam Rex conceſſit noſtro privilegio: nàm abdicavit Juriſditionum a (9) cæteris Iudicibus; quia privilegium ſemper derogat iis, quæ ſunt juris communis, vel alio privilegio continente idem; quod jus

(1) *Conſtant. in prag. 1. de Delegat. n. 5. in fin.*

(2) *de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. 9. 8. Novar. de elect for. tom. 1. ſext. 4. qu. 47. Galeot. controv. 23. lib. 1. Danz. pugn. DD. de elect. for. cap. 5.*

(3) *Danz. tom. 2. de immunit. Neap. cap. 1.*

(4) *Rit. M. C. Vic. 301. prag. 2. de immun. Neap.*

(5) *Thor. in addit. ad de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. 9. 8. n. 49. Gl. in leg. nequid 9. de iis ff. de incend. & Ruin. Alciat. in conſ. 13. lib. 7. Caball. reſolut. 3.*

(6) *argum. leg. nulli cod. de Iudic. cap. fin. de reſcript.*

(7) *Sabell. in novis addit. tom. 1. cap. 7. & in §. cauſa n. 13. in corpore.*

(8) *Afflict. dec. 56. Alex in l. Marcellus ff. ad Trebell.*

(9) *Capyc. dec. 9. n. 15. de Franch. dec. 417. nu. 7. Iaſ. in l. per errorem gl. 1. ff. de Iuriſd. omn. Iudic Gram. dec. 30.*

(1) jus commune: ultrà quamquod cùm noſtrum privilegium non ſit confinibus addictum, ſivè juriſditio Dohanalis non habeat territorium, excepto ſubditi capite, eluderetur penitùs prò cognitione delictorum ejus ſubditorum, & nunquàm poſſet de Reis ſui fori cognoſcere: ac ſequeretur grave abſurdum, quod cognoſceret de Reis non ſubditis delinquentibus in territorio Regii Tabulerii vigore dictorum *textuum*; quod non facit, nèc facere poteſt, quia ad certum genus perſonarum eſt juriſditio Dohanalis tributa, ideòque correlativorum militat (2) ratio: & tali Iure Iuriſditio Dohanalis ad perſonas adhùc non ſubjectas legitimè extenditur.

E contrà verò perſonæ licèt deſcriptæ in libris, & ſubditæ, ſi fuerint ſequeſtri, vel depoſitarii, ob ſequeſtrum, vel depoſitum ab alio Iudice accæptum, non gaudent (3) noſtro foro, quia tùnc proceditur ſine ſtrepitu, & figura Iudicii; ſed executivè, & ex conſequentia rei acceptæ: prò ut cùm Clerico ſequeſtro, vel depoſitario proceditur, nàm ſi à Iudice Laico, ſequeſtrum, vèl depoſitum receperit, ab ipſo (4) realiter cogitur reſtituire.

(1) *Gl. & DD., & Felin. in cap ſicut Romana, nu. 3. verſ. limita 2. de reſcript.*

(2) *l. fin. de acceptilation. l. 1. cod. de tranſaction.*

(3) *Argum. eorum quæ dicit Bald. in l. accæptum n. 4. cod. de uſur., & Aufrer. de poteſt. ſæcul. ſuper Ecleſ. Reg. 1. Bodau. in polit. lib. 2. cap. 18. Afflict. dec. 24.*

(4) *Graſſ. de effectib. Cleric. effect. 1. n. 855. & 856.*

C A P. XII.

Juriſditio Regiæ Dohanæ cognoſcit de cauſis ejus ſubditorum incæptis coràm Judicibus ordinariis antequàm illi eſſent ſubditi.

HIc adverſarii noſtri fori canunt Victoriam antè triumphum, & pergrandi audacia ajunt, Forum Dohanalem hùc penitùs navium funibus trahi non poſse: hic Barones, eorumque Officiales obſtrepunt, ac impatientes redduntur, deteſtantes noſtrum Tribunal, exclamantes, Regiam Dohanam ſibi uſurpari velle eorum Iurisdictionem; imò totius

tius

tius Regni, ſubjungunt Officiales Regii (quià eorum hic una eſt fortuna.) At nil faciliùs hoc nobis probari, apertum eſt: opere igitùr pretium videtur, ùt videamus, àc probemus cauſas eorum, qui adhùc hujus Regiæ Dohanæ non erant ſubditi, incæptas coràm aliis Iudicibus ordinariis, ad noſtrum forum pertinere, & avocari.

Relictis ergò quiſquiliis, putamus oppoſitores prò argumentorum Achille, àc nodo Gordiano pro ſe haberent *tex. ſc. in l. ubi captum, ff. de Judic. arreſtum Regia Camera* 554. *ac deciſionem Domini de Franch.* 544. verumtamèn tantoperè allucinantur, quod explicatu per difficile eſt.

Et quamquàm hic nobis validiſſima ex ſuis fontibus argumenta ſubminiſtret Regis poteſtas æconomica, & politica, quibus inſpectis hanc veritatem firmari, & obſervari putamus: tamèn ingrediemur defenſionem noſtræ juriſditionis legalibus terminis, quibus non caret; Et rationes eò magis claras, quò magis leves objectiones, demonſtrabimus: Undè vere in praxi avocatam cauſam, nunquam remiſſam audivimus: nàm facti eorum Baronibus jàm odioſi infælices Vaſſalli ex eo tantùm, quod ad Regiam protectionem recurrunt, mediante Dohanali foro (quò ſolummodò quotidièRegium Ærarium augeri videtur, & magis, atque magis augeretur, ſi juriſditio ejus ſecundum Regias Inſtructiones, ac Sanctiones propugnaretur) quàm Iuſtitiam, & jus ab illis conſequerentur? Omittentes nos ergò loqui de ſummo, gravique odio, quò effundari videntur ab eis, alia petimus.

Privilegium hujus Regiæ Dohanæ, ut pluries dictum eſt, motu proprio conceſſum fuit, atque ex certa ſcientia Regis, qui utilitatem ſui Ærarii per plures anteà annos expertus fuerat induſtriâ illarum perſonarum, quæ ad Dohanam veniebant: Undè plenitudine poteſtatis, promiſſionum, privilegiorum, ac ſalvorum conductorum, cogebat, dictas perſonas alliciens ad Menam cauſa conſequendi finem, & optatum obtinendi: quod certè non eveniſſet, ſi de foro præſertim minimum aliquid du-

bitatum

bitatum fuiſſet: ex privilegio habemus, *vos . . . in Commiſſarium . . . Procuratorem . . . ad conducendum, & congregandum pecudes, & animalia groſſa ad dictam Dohanam . . . tenore præſentium proprii noſtri motus inſtinctu . . . concedentes vobis de dicta certa noſtra ſcientia . . . plenariam libertatem, & omnimodam poteſtatem . . . & valeatis largè, & amplè ſalvum conductum, aſſecurationem, affrancationem, ac plenariam affidationem facere, & conducere omnibus, & quibuſcumque, qui conducent, ſeu conduci faciant . . . omnem, & quamcumque quantitatem pecudum, & animalium groſſorum . . . prò utilitate noſtra Curiæ ſupradictæ.* Et hoc ut homines incuberent ad dictam menam, & ab ea (1) non averterentur: quarè tàm favorabile eorum redditur privilegium, & tàm privilegiatæ ſunt dictæ perſonæ, *quod nullus præter vos de dictis hominibus, & Dohana ſe modo aliquo intromittat:* En igitur privilegium ratione rei, & vectigalis perſolvendi rebus, & perſonis inſitum, earum Juriſdictione privans omnes alios Judices, nè ſe ſub aliquo colore intromittant, ac de illis cognoſcant.

Hinc quicquid velint alii Officiales, vel Judices cujuſcumque generis ſint; eorum potiùs verſutiis quam argumentis, non intelligimus; ſi enim inſpiciamus *textum in dicta l. ubi captum*; certè contrà ſubditos Dohanales non ſubſiſtit, & rationibus ſubſiſtere nequit; præterea tex. illæ loquitur de judicibus ordinariis, & citato non privilegiato, nam ſi citatus, ſivè conventus privilegium ſui fori opponere poſſit, ceſſat prædictus textus, prò ut benè notat (2) Felinus: Sicuti etiam Fridericus Imperator favore (3) Scholarium juſſit, prò quibus textus prædictus locum non habet: augeturq; noſtrum argumentum, quia privilegium Dohanale continet clauſulam privativam, & abdicativam, *vos tantùm . . . & nullus præter vos*, quæ habet univerſalem (4) negativam, adeòque nullitatem ipſo jure (5) continet, impedito; extentionem ad non (6) expreſſa; ità quod aliter fieri

(1) *Barr. controv.* 19. *Montan. controv.* 66.

(2) *in cap. ex tenore, in verb. lex ubi captum in fallent.* 6., *de reſcrip.*

(3) *in auth. habita, Cod. ne filius prò Patr.*

(4) *Barboſ. in diction. nullus num.* 1. & 3.

(5) *Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſput.* 21. *n.* 73.

(6) *Farinac. conſ.* 76. *par.* 4. *num.* 13.

Digitized by Google

non (1) poteſt; Et tantò magis in caſu noſtro, quia ſumus in expreſſis; quarè omnes alios Judices excludit, qui penitùs ſe intromictere non poſſunt ob verba (2) expreſſa, *& nullus præter vos*. Inſuper ideò dicitur privilegium, quia rumpit (3) jus commune, contrà quod fit, & locum habet, tamquam placitum Principis, in quem à Popolo omnis fuit translata poteſtas, quarè contrà eos non valet; Immò rumpitur juris communis regula inter Actorem, & Reum *in l. 2. Cod. de juriſd. omn. Judic.*, qui textus loquitur ſecundùm juris ordinem, qui non attenditur in privilegio; eò fortiùs quando fuerit conceſſum favore Judicis, & (4) perſonarum, quæ ab eorum Judice privativè conceſſo, activè, & paſſivè ſunt judicandæ, nàm conceſſa ſpecialitèr jurisditione uni, & cognoſcat de cauſis talium perſonarum, cenſetur derogata jurisdictio (5) generalis, & ſic in caſu noſtro identicè firmant Doctores (6) noſtri. Et pupillorum ac viduarum *in l. unic. Cod. quand. Imper. inter pupill., & vid.*, ac teſtium delinquentium diſpoſitio *in l. nullum Cod. de teſtib.* prò ut dictum eſt; hinc quoquè reſpectù privilegii Dohanalis rumpitur juris municipalis regula *in pragm. 2. de immunit. Neapol.*, quæ fuit gratia conceſſa; quia petita, reſpiciens bonum privatum, *Rit. M. C. Vicariæ 301.*, *& pragm. 1. ubi quis de delict. conven. deb.* (uti ſatis demonſtratum eſt.) His igitur poſitis firmus remanebit *citat. l. textus ubi cæptum*, magno, maximoq; abſurdo, & præjudicio noſtri privilegii? quod cùm ſit generale expreſſum ſpecialitate, & proprii motus, omnem reſtrictionem fugat (7) & non patitur; ideòq; privilegium dicitur, quia aliquid juris communis, vel non admittit, (8) vel derogat, præterquamquod magnum detrimentum induceretur ſubditis Dohanalibus, qui defatigarentur in diverſis Tribunalibus, & diverciti a mena, eorum exercitio contra Regis mentem, & privilegii finem, valdè eſſent.

Si hæc igitur Barones, & Judices velint, nolint

(1) *Aym. de antiquit. temp. par. 4. num. 112.*

(2) *Barboſ. ad l. 1. art. 4. ff. de Iudic. n. 105. & 106. Menoch. de arbitr. qu. 40. num. 8. ob textum in l. 1. §. de his, ff. de ſeparation. l. cum Clericis, & ibi Bald. n. 2. cod. de Epiſc. & Cler.*

(3) *l. 1. ff. conſtit. Princip. Dec. in cap. & quoniam, de reſcript.*

(4) *DD. in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de liber. & Poſthum. Afflict. dec. 41. Capyc. dec. 9.*

(5) *Aret. in §. ſi quis poſt., l. quod iterum, ff. de legat. 1. Angel. in l. teſtamenta omnia, cod. de teſtam. Revert. in dec. 526. apud de Marin.*

(6) *de Marin. ad Revert. in dec. 526. Galeot. lib. 1. controv. 23. Carleval. de Iudic. lib. 1. diſput. 2. num. 687. & alii.*

(7) *Gloſ. parva in l. qui autem, ff. ſi quis caut. Bald. in l. hac conſultiſſima, ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

(8) *Cap. in his, de privil., l. 2. ff. de municip., l. jus Civile, de juſtit., & jur.*

lint fateri pernecefsè habent, inſpecto jure communi, quid dicendum de relato *arreſto* 554.? quod practicatum non fuit, neq; legitur, quia practari non poterat, nè dicere videamur, quod temerè alii (1) Regiam Cameram non poſſe per modum legis condendæ decreta facere; vel Dominos tùnc temporis Præſidentes in votando erraſſe, prò ut advertit in alio (2) Dominus de Marinis: vel fuiſſe favorem Domini Locumtenentis in gratiam alicujus contra ſolitum, & ſtylum tùnc referentis. Sed recolimus hic quæ dicta ſunt de poteſtate Proregis, & Sacri Conſilii, nè privilegium Regis patiatur aliquod detrimentum ab aliquo decreto, vel Judicum ſententia: & præſertìm cùm non fuerit, ùt in relato arreſto, ſpecificè auditus Dominus Regalis Patrimonii Advocatus, & Generalitatis Locatorum, ad quos privilegium, àc forum Regiæ Dohanæ tueri ſpectat: quid indè de dicta *deciſione* 544. *Domini de Franch.*, quæ ſine dubio ad caſum noſtrum transferri non poteſt, nàm ea fundata videtur ſuper privilegio obtento, quia (3) poſtulato: at noſtrum tanquam *proprii motus inſtinctu* conceſſum, nullam (4) patitur diminutionem, vel controverſiam, ob claram legum, Doctorumque regulam, adeòq; etiàm ſuperveniens forum mutat.

(1) *Caſar. peregr. qq. qu.* 15.

(2) *in arreſt.* 594.

(3) *Merlin. cent.* 1. *controv.*8. *num.* 8.

(4) *d.l.ſi quis poſteaquam, & l.qui autem, ff. ſi quis caution. Gabriel. comm.Concl. concl.*4. *tit. de Iudic.Graſſ.de excep. except.*3. *Merlin.cent.*1. *controverſ.* 8.

Nequè ridiculè objiciant Barones, & alii, quod, etſi privilegium Dohanale ſit proprio motu conceſſum, attamèn perſonæ propria voluntate, & arbitrio privilegium conſequantur, àc privilegiatæ evadant, adeòq; militare ſupradictam deciſionem: Nàm hoc idem eſſet, àc ipſam Dohanam, Regiumq; patrimonium deſtruere; quià, hoc poſito, quælibet prærogativa fori, & Dohanæ ceſſaret, qua deficiente, talis induſtria Regio Ærario perutilis jam deperdita eſſet: etſi voluntas hominum libera hoc facere nòn poſſet, Regia Dohana ſubſtentari, conſervàrique deberet vi, pœnis, & condemnatione, prò ùt Triremium navigatio condemnatis efficitur.

Res quidèm riſu digna! abſque libera homi-

 nis

nis voluntate, penitùs conferri non poteſt (1) Clericatus alicui; attamèn is Clericus effectus, non manet in eo ſtatu, (2) in quo priùs erat: magis, & quodammodò videtur reſpectu ſubditorum Regiæ Dohanæ in caſu noſtro, nam Clericus paſſivè tantùm ſuo foro gaudet; homines verò Dohanales & paſſivè, & activè, quia nòn trahuntur, & trahunt, abſque eo, quod eorum privilegium dictioni aliorum Principum opponatur, cùm ſub eodem Rege privilegiati remaneant, licet evellat ab aliis Iudicibus facultatem, ac Juriſdictionem, ut dictum eſt; quod efficitur proprio motu, ex expreſſo Regis imperio, *vos tantùm . . . & nullus pretèr vos*; quia talitèr imperavit, & voluit ſuper cæteros ejus Officiales, utens ejus ſumma poteſtate, ac imperio; & totum id in Clericatu (3) diſpoſitum, ac (4) practicatum videtur, etiam ſi in fraudem primæ Juriſdictionis (5) efficeretur, & ratio eſt, quia penitùs talis privilegiatus totalitèr extrahitur ab aliorum Juriſdictione, ac prò indubitato habetur, poſſe Judicem Eccleſiaſticum contrà Clericum inquirere prò delictis patratis tempore (6) quò non erat talis: privilegium quoq; Scholarium hoc ſibi vindicat, & cauſas eorum inceptas anteàquam tales eſſent (7) avocat, & remicti, prò indubitato eſt; & tamèn proprio motu, ac ſpontè Scholares fiunt; Sicuti rogatus aliquis à Principe, vel Republica aliquod genere officium, officii privilegio utitur prò ejus cauſis antea pendentibus, (8) Juriſdictione præventa: Reus quoq; capitalis, miles indè factus, non remictitur; Sed auditur apud Judicem (9) militum. Si ergò hæc omnia ſe habent reſpectu illorum, quàdere idem negandum eſt de ſubdito Dohanali, qui ſimile; imò potentiùs privilegium habet, & privilegium non poſtulavit; Sed proprio motu Regis ob publicam cauſam negativè conconceſſum videtur, & alienæ ditioni non ſupponitur, ac illi, cujus idem fons eſt, ac aliarum? Hinc negare non poſſumus Baronum, aliorumq; fallacias non ab intellectu; Sed à voluntate pendere:

(1) *S. Thom. qu. 68. artic. 7. Coninc. qu. 64. art. 8.*

(2) *Cap. decernimus, de Iudic. cap. adverſus, de immunit. Eccleſ., & toto tit. cod. de Epiſc., & Cler. de Sacroſ. Eccleſ.*

(3) *Cap. propoſuiſti, de for. compet. l. ſi quis poſteaquam, ff. de Iudic. de ſont. de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 7. Cancer. var. lib. 2. cap. 2.*

(4) *Clar. in §. fin. ſuæ prax. qu. 36. Genuen. in prax. Archiepiſc. Neap. cap. 8.*

(5) *Ioan. Andr. in cap. de obligat. ad ratiocin. Giur. in conſ. 15.*

(6) *Caball. reſolut. crim. caſ. 295. Triviſ. in in deciſ 48. lib. 2. Dian. reſolut. mor. part. 1. tract. 2. reſolut. 25., & 26.*

(7) *Bald. & Bologn. ac text. in auth. habita, num. 220. cod. ne fil. prò patr. Horat. de privileg. ſchol. priv. 66.*

(8) *Iafred. Balb. dec. 70. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. Alber. cap. 1. de hæret. in 6. Marian. in cap. 1. de for. compet.*

(9) *l. 4. §. reus. junct. gl. 1. ff. de re milit.*

dere: quapropter ſubditus Dohanalis tàm prò ejus cæptis litibus, quàm prò pendentibus ante privilegium, Dohanali privilegio uti poteſt, ut in ſimili caſu Doctores (1) concludunt.

Insùper Rex concedens noſtrum privilegium jàm ſciebat homines, qui ad Dohanam venturi erant, ſubditos eſſe ditioni aliorum Judicum, & tamen ſcientèr ex certa ſcientia conceſſit eis Juriſdictionem privativè, & abdicativè: Quamobrèm hoc privilegium obtinet ſuam firmitatem, tam prò cauſis cæptis, quam pendentibus, antequam ſubditi eſſent hujus Regiæ Dohanæ tales homines, non ſecùs ac tutor reſcripto Regis à tutela (2) incæpta excuſatur per migrationem ad alium locum, quia utens novo privilegio, in eadem cauſa (3) ſiſtere non videtur.

Eſt quòque adnotandum, ſubditis Dohanalibus rectè competere exceptionem incompetentiæ Judicis, & non declinatoriæ fori, pròut inferiùs dicetur: Undè Judex incompetens definit eſſe Judex reſpectu eorum, alitèr eſſet maxima (4) nullitas.

Plura adhùc ſunt dicenda clauſulis iterùm inſpectis, quarum vis clara, ita eſt expreſſa, *proprii noſtri motus inſtinctu*, cujus ſi philoſophemur cùm in verbo inſtinctu, certè agnoſcimus quamdam naturalis impulſus vehementiam, propriumq; animi motum internum publicæ cauſæ maximè ſtuderetis: illius igitùr vis non ſolùm reddit favorabilem (5) conceſſionem: Sed etiàm totalitèr adverſariorum fallacias evertit, & radicat, quià ad lites adhùc antè privilegium incæptas extenditur, præventa (6) juriſdictione non obſtante, ſicuti communitèr accæptum eſſe Doctores (7) nobis texantur.

De dicta noſtra ſcientia, nonnè hæc quodcumq; obſtaculum (8) tollit, & non admittit contra Principis factum, (9) vel placitum, aliorum recurſum? fac quòq; quod induci poſſit præjudicium tertii adjuncta clauſula (10) derogatoria, quæ in noſtro privilegio agitur, quibuſcumq; litteris,

(1) *Cabad. in deciſ. 24. & 25. par. 1. Carav. in Rit. M. C. 301. nu. 6.*

(2) *l. idem Vlpianus, §. ſunt, & alii, ff. de excuſ. Tutor.*

(3) *l. qui autem, ff. ſi quis caution. ubi gloſ. parv.*

(4) *de Benedic. in cap. Raynutius, §. mortuo itaque de teſtam. Gran. conſ. 1. num. 47. vide Altim. de nullit. ſentent. rubr. 9. q. 28. per totam.*

(5) *Cap. in pluribus, de prebend. in 6., Mart. de clauſul. par. 1. clauſ. 32.*

(6) *Alex. in l. cùm quædam, de juriſd. omn. Iudic. & in l. ſi legatus ff. ad Trebell.*

(7) *Rip. in cap. 1., de reſcript. Gabr. lib. 2. commun. concl. 4. tit. de Iudic.*

(8) *Menoc. de commut. ult. volunt. cap. 7.*

(9) *Ioann. de Ann. conſ. 44. Tuſch. pract. concl. 340.*

(10) *Corn. in conſ. 83.*

Digitized by Google

teris , cedulis . . . *nullatenùs obſtituris*.

His præcognitis quid ſit dicendum de Baronum novis actibus , excogitare non poſſumus , nam diſperati jam forum Dohanalem conculcare non poſſe aliis adinventis , ſtante cedula Invictiſſimi noſtri Imperadoris , quà juſſit ſervari *Regiam Sanctionem* 79. *de Offic. Procur. Cæſar.* excogitarunt , & prætendunt ſubditos Dohanales conveniri poſſe in eorum Curiis , & foris prò debitis, & contractibus factis anteàquam ſubditi eſſent : Bone Deus ! unde hoc arguunt , & trahunt , niſi à fundamento proprii placiti ? ut omninò reddantur Vaſſallorum conculcatores ? Si quæſtio vix defendi , vel diſputari poteſt de cauſis incæptis, & præventis , quomodò diſputandum de contractibus ? de quibus nullibi fit ſermo . Nòn negamus nos dari (1) forum contractus , qui ſi unquam noſtrum evincere poſſet privilegium (quod negatur) deberet illud ſubſequi , (2) & nòn præcedere ; ſi ſubſequatur , neque tenet , quia privilegium jam eſt fundatum : nec pactum renunciationis (3) fori valet , ne Juri (4) publico , cujus (5) eſt Juriſdictio , præjudicium fiat : nèc contrahentium conſenſus in caſu noſtro Judici ditionem tribuere (6) poteſt , nèc *textus in l. 29. Cod. de pact.* nobis obſtare videtur , quia favor noſtri privilegii reſpicit immediatè publicam utilitatem , adeòq; renunciari (7) nòn poteſt , nam fuit a Rege conceſſum, nè homines a Dohana , & mena diſtraherunt prò utilitate Regiæ Curiæ : quapropter ratione exercitii, renunciatio non (8) tenet , & quia (9) conceſſum eſt generi perſonarum : textus enim ille loquitur de privilegio (10) particulari . Hinc Baronum commentaria , nemo eſt , qui extra eos adinvenit . Qui enim ob privilegium , certum habet forum , non debet (11) remicti ad Judicem contractus, vel delicti .

Nèc prætermittendum hic putamus, noſtum privilegium , ultrà id , quod motu proprio conceſſum legitur , prò ſubditis Dohanalibus nil aliud continere , quàm forum , qui principalitèr , abſolu-

(1) *l. hæres abſens, §. proindè , ff. de iudic. cap. fin. de for. compet. Scial. de for. compet. cap. 5. num. 1.*

(2) *Scial. ibid.*

(3) *Franciſc. de Petr. conſ. 75. Sanfel. deciſ. 290. num. 10. Conſtant. in pragm. 5. de Delegat.*

(4) *Faber. in cod. de juriſd. omn. Iud. defin. 4.*

(5) *l. juriſdictio, §. ſi paciſcens , l. jus publicum, ff. de pact.*

(6) *l. 3. cod. de juriſd. omn. Iudic. l. 2. ff. de Iudic. Carlev. de Iudic. ſect. 3. nom. 1175. diſput. 2. lib. 1.*

(7) *l. Iuris gentium, §. ſi paciſcar., ff. de pact. l. de die de pact. dotal., l. 1. ff. ſolut. matrim. Bald. & Bartol. in d. l. 29.*

(8) *Tapp. in dec Sacr. Conſ. 13. Novar. de elect. for. q. 43. ſect. 2.*

(9) *Cap. ſi diligenti de for. compet. argum. cap. cùm tempore, de arbitr.*

(10) *Carlev. de Iudic. lib. 1. diſput. 2. nu. 1056. Bald. in d. l. 29. cod. de pact.*

(11) *Barboſ. in l. hæres, §. 1. n. 42. ff. de Iudic. argum. cap. 1. de privil. in 6.*

ſolutè, & ſimplicitèr conceſſus videtur, alicui Officio, vel dignitati non adhærens! ſed potiùs cùm onere, ac privilegiatorum incommodo! undè in contractum tranſiſse (1) cognoſcitur: quamobrèm cauſa non ceſſante ſcilicèt induſtria fiſcali, ac nè averterentur à re pecuaria homines Dohanæ non ceſsat (2) privilegium; extrà quod neque dignitas, neq; officium remanet: ſed ſolùm vectigal; cùr ergò defraudandum? eò magis, quod mens Regis aperta videtur: undè noſtrum privilegium magis quàm illud Scholarium, quòd favore (3) eorum cauſas anteà incæptas avocat, ac Neapolitanorum, quorum beneficio privilegium Civilitatis ſuperveniens adhùc pro cauſis (4) incæptis, & pendentibus forum mutat, operàri debet, quia eſt illis potentiùs, nàm reſpicit Ærarium, Reinpublicam, atque favorem publicum, (5) & nòn privatum, nèc officio adhæret: Sed ſimplex forus de pèr ſe ſtat. Si ergò ablato foro, nil remanet, niſi ſubditorum incommodum, àc vectigal perſolvendum, quomodò, & qua ratione de foro dubitandum? Res quidèm valdè mira, & ſanæ menti contraria!

Remanet hic in praxi notandum vigore citati arreſti, anticum Regiæ Dohanæ ſtylum adhùc hodiè prò utilitate Regiæ Curiæ obſervandum eſſe, affictum ſcilicet terrarum ſalidarum, etiam prò una verſura recipi, licèt antiquitùs, etiam prò media recipiebatur, ſicuti ex ſcripturis in archivio patet: nàm ſi prò fruendo foro viginti ſufficiunt pecudes, quæ ſolùm reddunt Regio Fiſco carolenos, nùnc triginta circitèr in anno; quarè non locari debet indè unius verſuræ quantitas volenti eam conducere, cum par prætium, ſivè Fiſco mercedem in anno reddat? ſi fraus obſtat, in utroq; obſtare debet: quod negatur, & ex dictis, & dicendis in cap. 16. demonſtrabitur: Si nòn obſtat, utrumq; faciendum: ergò fieri debet, ſicuti ſemper factum eſt, nè homines deficiant ab utilitate Regii Fiſci, finali cauſa dicti privilegii.

Hinc tandèm riſum tenere non poſſumus con-

(1) *Grat. in diſcept. for. cap. 802. n. 6.*

(2) *Iaſon. in l ſciendum, §. ſi fundum, ff. qui ſatiſd. cogant. Tiraqu. in tract. ceſſante cauſa, verb privilegii.*

(3) *Bologn. in auth. habita, cod. nè fil. pro patr. Horat. de privileg. Scholar. privil. 66.*

(4) *Ioann Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratio.*

(5) *l. unic. cod. de offic. Comit. Sacr., Novar. qu. forenſ. lib. 1. qu. 34.*

(1) *Scial. de for. compet. cap. 20.*

contrà eos, qui inſulsè (1) volunt ſubditos Regiæ Dohanæ ob factam Univerſitatis adminiſtrationem, Iudicibus localibus, ſivè ordinariis ſubjacere! quod prò reddendis ratiociniis tantùm ad Rationales, concedimus: circà vero reliqua, forum Dohanalem adeundum eſſe, arbitramur; nàm quæ ſit differentia inter hæc, & relata, quæ majoris ſunt ponderis, neſcitur, nulloque jure cavetur.

C A P. XIII.

Cauſæ ſubditorum Regiæ Dohanæ non poſſunt delegari à Prorege cùm Collaterali Conſilio Judicibus extrà Dohanam.

DE cauſis tantummodò inter partes hìc eſt ratiocinatio noſtra: nàm de illis regale patrimonium tangentibus, jàm dictum eſt, admitti non poſſe circumſcriptionem perſonarum, temporis, loci, vel rei, nequè poſſunt extrà Dohanerii perſonam vagari, *vos . . . ſempèr fuit, & eſt intentionis noſtræ in dicto officio remanere in Commiſſarium, Dohanerium, procuratorem, & Nuntium noſtrum*; Undè inhærent oſſibus illius, cujus vigilantia, & ſolertia ſemper eadem eſſe debet.

(2) *in l. placet., cod. de pedan. Iudic. l. quicumque ff. de Serv. fugit. l. qui iniuria, ff. de iniur.*

(3) *in pragm. 1. 2. & 3. de delegat. pragm. 89. §. 7. de Offic. Sacr. Reg. Conſ.*

Hic quoque noſtrum non eſſe putamus, recolere juris (2) communis, vel municipalis (3) delegandi regulas tàm in cauſis Civilibus, quàm Criminalibus, vel quibus caſibus, & cauſis delegatio fieri poſſit: àt ſimpliciter dicimus noſtris firmiſſimis principiis, inſpectoque privilegii fine concludimus, cauſas ſubditorum Regiæ Dohanæ extrà Tribunal ipſius vagari, ſivè à Prorege, etiam per ejus Collaterale Conſilium aliis Judicibus delegari, non poſſe. Delegatio enim ab habente juriſdictionem, uti

Rege

Rege, Principe, vel ordinario Judice pendet; cujus, delegatus (1) nihil habens proprium, vices gerit; quare fundata in ſubditis alicujus juriſditione, poteſt dari delegatio ſuper illis. Hoc in caſu noſtro non militat, nam ab omnibus Judicibus, etiam ſupremis (quod in Prorege tamen cum regula intelligendum eſt, tanquàm Regis Vicario, illius imaginem repræſentante; adeòque ejus authoritas, vel illa Collateralis Conſilii non deficit ſuprà ſubditos Dohanales, prò iis præſertim, quæ reſpiciunt bonum Regni regimen) reſpectu ſubditorum Dohanalium proprio Regis motu omnis jurisditio fuit abdicata, & ſolo Dohanerio privativè tributa, *de quibus rixis, controverſiis, & cauſis vos tantùm cognoſcere volumus . . . ità quod nullus præter vos de dictis hominibus . . . ſe modo aliquo intromiċtat*, quod etiam expreſsè de certa ſcientia juſſit, *Vicemgerentibus, Juſtitiariis, Gubernatoribus, Capitaneis, & Officialibus noſtris dicti Regni noſtri . . . præſentibus, & futuris, quatènus de dicta Dohana, & Mena, ac Patronis, & Conductoribus animalium, & pecudum, & de aliis ſuperiùs antè dictis aliqua ratione, ſeù cauſa ſe nullatenus debeant intromiċtere:* Deficiente igitùr in eis juriſditione, & ſublata per Regis expreſſam conceſſionem, nòn poteſt ab illis delegatio fieri, nam etſi Prorex, vel Collaterale Conſilium poſſin: de dictis hominibus cognoſcere, tamèn non poſſunt eorum cauſas delegare, ſpoliando Dohanerium eorum Juriſditione, ac eos proprio privilegio; Undè ſi ſecùs facerent, in re (2) gravi verba Regis, & mentem læderent: & per generalem Proregis facultatem mutarentur ea, quæ ſpecialitèr à Rege fuerunt (3) conceſſa, atque proviſa: Dùm Prorex, cùm ſit Regis Vicarius, non poteſt mandata (4) illius mutare: Insùper eſt advertendum, nulli dubium eſſe, Proregem repreſentare propriam Regis perſonam, uti ejus Vicarium, adeòque omnia (5) poſſe: Verùm hoc limitatur in eis, quæ (6) ſoli Regi conveniunt: hinc etſi illius commiſſiones ſint amplæ, ſolent tamen ei ſecretæ inſtructiones, in quibus poteſtas (7) regulatur, tribui à Rege:

(1) *l.1. §.quam mandata, ff.de Offic. eius.cui mand.eſt Iuriſd. Specul. de Iudic.delegat.§.1.*

(2) *Argum. cit.l. fin. cod.de pedan.Iudic.*

(3) *Bartel.in l.32. ff. mandat. Archidiac.in q. 1.de elect.in 6.*

(4) *tex. in l. 32. ff. mandat.*

(5) *Paul. de Caſtr., Alex.,& alii in l.2.ff.de offic. eius, cui mandat. eſt Iuriſd.*

(6) *de Pont.de poteſt. Proreg.tit.1.nu.2.*

(7) *Idem ibid.*

Digitized by Google

Undè licèt poſſit cauſas delegare, eas auferendo ab ordinariis Judicibus, tamèn id fieri non poteſt, niſi concurrente maxima, (1) & urgenti cauſa, quò caſu aſſentimur; præſertim ſi æconomica poteſtate fiat, quà uſi ſunt Proreges prò bono hujus Dohanæ regimine, *ut in pragm. 73. 74. & 79. de Offic. Procur. Cæſar.*, in quà tamèn cùm diſponeretur de Juriſdictione, ex ore Regis Prorex loqui videtur, ut in §. 38.

A' pari Senatus Regiæ Cameræ dictas cauſas delegare, non poteſt, nàm & ipſe per modum (2) legis decrevit, Regiam Dohanam, habere juriſdictionem privativam in ſuos ſubditos in prima inſtantia; quare cauſas remittit ei: & ratio eſt, quia Rex, penès quem (3) omnis Jurisdictio reſidet, Judicem neceſſarium dedit ſubditis Regiæ Dohanæ, & totalitèr abſtulit, vel ſubtraxit ſuam jurisdictionem à quocumque Tribunali, & Judice, illamque detrahendo reſpectu ſubditorum Dohanalium, eam expreſſis verbis Dohanerio conceſſit, *Vos tantum . . . & nullus præter vos . . . ſe intromictat*: quomodò ergo poterunt abſque (4) Regis conceſſione illam regularitèr non ſolùm habere: Sed etiam illam commictere, ac delegare contra (5) diſpoſitionem Juris? Res quidèm mira (6) eſſet! & longè diſtans à finali cauſa privilegii ac contradiceret toto *Cod. tit. ubi cauſ. fiſcal.* ut dicetur in *cap.* 18.

Et ſi Prorex in dubio Regis conceſſionem declarare nequit, (7) undè ad ipſum Regem recurrendum eſt, ſicuti Vicarius, vel Procurator non poteſt (8) mutare mandata ſui Epiſcopi, vel Domini, quomodò in expresſis indè hæc facere poterit? expreſsè Rex ab aliis Judicibus Juriſdictionem in ſubditos Dohanales abdicavit, adeòque illis communicari, commicti, ac delegari, vetitum eſt, contra Principis (9) placitum, litteris apertis (10) expreſſum.

Quamobrèm dictarum cauſarum cognitio privativè, ac abdicativè reſpectù aliorum Iudicum ad Regiam Dohanam, ejuſque Iudices ſpectat: nequè ab ipſis, aliis Iudicibus committi poteſt: quod tamèn

(1) *de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 12. n. 4. Taſſon de Anteſ. verſ. 2. obſerv. 2. nu. 112.*

(2) *de Marin. ad dec. Revert. 526.*

(3) *Text. in l. 2. ff. de orig. Iur.*

(4) *Maſtrill. lib. 3. de Magiſtrat. cap. 2. Afflict. in conſtitut cùm ſatiſ.*

(5) *l. nemo plus, ff. de regul. Iur.*

(6) *l. traditio, ff. de acquir. rer. domin.*

(7) *l. fin. cod. de legib. Rip. reſponſ. 13. de diver reſcript.*

(8) *l. ſi hominem, ibi Bartol., ff. mandat.*

(9) *§. ſed quod Principi, Inſtitut., tit. de iur. natur. gent., & Civil. l. 1. ff. de conſtitut. Princip.*

(10) *Bartol. in l. ſi fidejuſſor, §. meminiſſe, ff. de legat. 1. argum. l. licet Imperator, ff. de legat. 2. argum. tex. in l. 1. §. de his, ff. de ſeparation.*

mèn limitandum eſt inſpectò Iure (1) communi in ipſo Iudice Dohanali tamquàm ordinario, qui jure delegare valet: Undè praxis inolevit prò ſubditorum Dohanalium commodo tot Iudices pedaneos creari (2) ac deſtinari, prò ut illi variis in Terris inhabitant (qui vulgò Officiales dicuntur), & cognoſcunt de cauſis minimis, executivis, & ſimilibus Civilibus: de Criminalibus verò informationem capiunt, & tranſmiĉtunt ad Regiam Dohanam. Et eis ſi aliquando aliquod commiĉtitur non tàm parvum negotium, aliqua exiſtente juſta cauſa, ac æconomica poteſtate permiĉtente, non ideò inducitur delegatio; Sed potiùs facultatis (3) ſuſcitatio. Imò prorogatio reſpectu majoris ſummæ, cùm ſe intromiĉtere non poſſint, niſi in cauſis (4) parvi momenti. Hinc adnotandum ſe præbet, quam privativa ſit Regiæ Dohanæ jurisditio, quod abhorrens aliis Iudicibus communicari, ſuos velùt Iudices pedaneos, ubiquè tenet Officiales; & hoc etiam nè ſubditi ejus à pecuaria re avertantur, quod eſt ſemper inſpiciendum.

Inſuper abſurda conſequentia evitari non poſſent: data enim delegatione, ad delegantem (5) eſſet appellandum: quadere duo Tribunalia, Regiæ Cameræ ſc. & Regiæ Dohanæ prò fiſcali (6) intereſſe peculiaritèr ſtatuta, eorum inſtituto, privilegio, & foro ſpoliata viderentur. Et ſi à Senatu Regiæ Cameræ delegatio fieret, parimodo Regia Dohana ſuo Regali privilegio ſpoliata remaneret, & homines Regiæ Dohanæ eorum foro deſtituti, & per alia vagantes Tribunalia, non incumberent ad Menam, & Dohanam, quæ totalitèr deſtrueretur. Hac ſanè ratione, nè homines ſc. diſtraherentur, tot fori, & præſertim (7) artificum, inſtituti fuerunt, ut homines incumberent ad eorum artem, & exercitium Reipublicæ (8) neceſſarium: ideòque privilegiis onuſta juriſdictione privativa, & abdicativa ditati fuerunt homines Dohanales, nè traherentur ad alios foros. Eadem ratione cauſas ad magnum Admiratum ſpectantes, aliis Iudicibus Prorex (9) delegari nequit. Nequè mirum hoc vide-

(1) *Argum. l.fin.cod. de pedan.Iudic., l.5.ff.de Iuriſd. omn. Iudic. cap. Paſtoralis, de offic.ordin.*

(2) *Pragm. 79. §.19. de Offic. Procur. Cæſar. Mont.controv.66.*

(3) *Cap. licèt in Corrigendis, de offic. ordin. Angel.in conſ.214.Gail. lib.2.obſerv.1.*

(4) *cit.pragm.79.§.22.*

(5) *Grat.diſcept.for. cap.655. Barboſ.in l.17. §.1.ff.de Iudic.*

(6) *Aget.ad dec.Mol. part.4. §.27. l.unic.ff.de Offic. procur. Cæſar., & tot tit. pragm. de Offic. procur. Cæſar. Taſſ. de anteſ. verſ. 3. obſerv.3. Reg.Cam.Summ.*

(7) *Taſſ. de Anteſ. verſ.3.obſerv.3.*

(8) *Conſtant.in prag. 1.de delegat.nu.5.*

(9) *de Roſ. prax. Civil.cap.3.diſtinct.1.*

videtur ; nàm tanto privilegio, in quo Rex tàm expreſsè locutus fuit, mentemque ſuam patefecit, quomodo contraria executio tribui potuerit, ſe directè opponens, & finali cauſæ privilegii, & menti Regis? & quomodo privativa eſſet Iuriſdictio à Principe conceſſa, ſi Iudicibus ea privatis, communicari, (1) prorogarique poſſet?

(1) *Capyc. in dec. 9. Sacr. Conſ. nu. 15. & 16. Sanfelic. deciſ. 416.*

C A P. XIV.

Aliquæ Perſonæ, licèt non deſcriptæ in libris Regiæ Dobanæ, ejus tamèn gaudent foro.

VAria vectigalium genera Populus Romanus exigebat, ſicuti nobis Ulpianus (2) textatur: inter quæ erat illud paſcuorum, quod ſcriptura (3) dicebatur: Cujus exemplo, imò continuatione ſcriptura quoque in noſtra Dohana practicatur, prò adnotandis Fiſci debitoribus (de quorum foro non dubitatur) undè videndum eſt de perſonis non deſcriptis.

Cùm Regiæ Dohanæ Iuriſdictio non habeat territorium (quod non eſt de (4) eſſentia Iuriſdictionis ordinariæ) quià eſt ad certum perſonarum (5) genus, ideò ejus ſubditi, ſivè Iurisdictio, non diſtinguntur ratione confinium: Sed ut plurimùm deſcriptione librorum: Undè Territorium noſtræ Iuriſdictionis poſſunt dici libri hujus Regiæ Dohanæ. Ac nomina in eis deſcripta (ſivè meliùs, capita hominum ſubditorum) ultrà ea, de quibus hic eſt ſermo.

Prò nominibus ergò deſcriptis in dictis libris, nullo tempore fuit de foro controverſum, nam & controverti non poterat, quià ſolventes vectigal, vel reddentes Regiæ Dohanæ, in ejus libris deſcribuntur, & deſcripti (ſe poſitis adverſariorum calumniis, paucis ab hìnc annis querulè

(2) *In l. 17. ff. de verbor ſignific.*

(3) *Ottom. in Comment. verb. Iur. verb. vectigal.*

(4) *Bald in l. 1. §. initio, ff. Offic. Præfect. urb.*

(5) *Alex. in l. ſolet, nu. 9. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Dec. in cap. cauſam, de offic. delegat.*

Digitized by Google

rulè expreſſis) gaudent foro, & privilegio Dohanali, tanquàm Inſtrumenta, & finalis cauſa, privilegiique objectum.

Undè ſi loquamur de pecudum, aliorumque animalium patronis, textus noſter eſt clarus, *& quia intèr . . . patronos dictarum pecudum, & aliorum animalium . . . Vos tantùm cognoſcere volumus.* Sin autem de Conductoribus Terrarum Salidarum, ſeù Colonis, nequè penitùs dubitari poteſt, & quia in dictis libris (1) deſcribuntur, ac legibus Dohanalibus ſtatuitur, & quia in omnibus exequati ſunt (ſicuti dignum erat, nam eundem reſpiciunt finem) locatis, (2) ſivè ovium patronis, quod magna quoque ratione effectum eſt, nàm privilegium Regale legitimè ampliatur, & (3) ſemper extendi debet; eò magis, quod proprio motu fuit conceſſum: (4) & hoc totum cavetur in jure (5) communi, nàm agitur de Conductoribus; vel contrahentibus cum Regio Fiſco.

De perſonis verò non deſcriptis, de quibus ſermo eſt, in enarratis libris, multipliciter diſtinguendum eſt: quarè ſi agatur de paſtoribus, gregariis, & ejuſmodi, textus eſt etiam apertus, *& quia intèr Conductores dicta mena, Paſtores, & gregarios . . . ſolent rixa . . . Vos tantùm cognoſcere volumus.* Quod jure firmatur, nàm agitur de perſonis neceſſariis, ſine quibus fruſtraretur (6) privilegium, & ejus finis caducaretur.

Aùt agitùr de iis, qui ſolito more Dohanam in aſcenſu, & deſcenſu ſequuntur, uti ſequaces dictæ Univerſitatis, & Artifices, illius perſonis, exercitio, vel communitati deſervientes, & quidèm omnes iſti gaudent (7) fori prærogativa, & privilegio, quia ad conſervationem, argumentum, & augumentum objecti, àc Dohanalis induſtriæ concurrunt, adeoque potiuntur ejuſmodi prærogativis, ſicuti cùm aliis ſimilis cætus, vel Univerſitatis privilegiatæ (8) practicatur.

Sìn autèm de familia ſubditi, ſcilicèt uxore, filiis, famulis, & hujuſmodi, idem (9) concludimus.

Fa-

(1) *in cap. 28. Instruct. Dohan. Eminentiſ. Granvel.*

(2) *in cap. 51. Instruct. Dohan. Fabrit. de Sangr.*

(3) *cap. cùm dilecti, de donat., l. fin. cod. de Conſtit. Princip.*

(4) *Iaſ. in l. Imperium, ff. de juriſd. omn. Indic. Altogr. in conſ. 71. lib. 2.*

(5) *l. ſi quis, l. cùm aliquid, cod. ubi cauſ. fiſcal.*

(6) *cap. licet, §. cùm concedit. de Regul. jur. in 6. auth. habita, cod. nè fil. pro patr. Dec. in l. omnibus cauſis, ff. de regul. jur.*

(7) *cit. cap. 28. Eminentiſ. Granvel. Abb. in cap. quam ſit, de Iudic.*

(8) *Ann. in conſ. 107. de Franch. in dec. 142. & 417. Capoblanc. de auth. Baron. in pragm. 8. cap. 37. tom. 2. num. 11.*

(9) *Bald. in cit. auth. habita, Imol. in Clem. 1. de reliqu. & venerat. Sanct. Grat. diſcept. forenſ. cap. 609. Sperel. deciſ. 157. Amay. in l. ult cod. de Incol. Mayn. in l. privilegia quadam, ff de Regul. jur., & fuit deciſum in Regia Cam.ª in menſe Iunii 1610.*

Digitized by Google

Famuli vero deſinentes à familia, & ſervitio Dohanalis ſubditi, ampliùs noſtro foro, non gaudent, nàm ceſſavit (1) cauſa: exceptis tamèn cauſis in Regia Dohana incæptis, nam ibi finiri (2) debent: quarè hùc revocamus argumenta prò noſtro foro adducta ob cauſas alibi incæptas anteàquam hujus Regiæ Dohanæ ſubditi eſſent litigantes, ex clara juris (3) regula: & ità paritèr deciſum, àc practicari cùm famulis artificum artis ſericæ, nobis compertum (4) eſt; non ſecùs àc cùm Clerico Clericatui (5) renunciante practicatur; & in ſimili praxi optimo jure hæc Regia Dohana reperitur, hæc omnia indiſtinctè prò quovis familiari ſubditorum Dohanalium militare non dubitatur.

Vel agitur de emptoribus lanæ, agnorum, aliorumque fructuum pecoris, & certè gaudent pro eorum cauſis eodem foro, & privilegio, uti practicatur in Curia magni Admirati cum piſcium (6) venditoribus, etſi piſcatores non ſint, quod in emptoribus conſiderato negotio hic verificatur. Imò dicti emptores gaudent quolibet immunitate, & exemptione gabellarum, datiorum, ponderis, (7) paſsuum, & hujuſmodi, prò ut ipſi (8) Locati, nàm conferunt ad utilitatem Regiæ Curiæ. Verùm hoc intelligendum eſt de primis emptoribus, ſcilicet de illis tantùm, qui ab ipſis locatis emunt, nè daretùr proceſsus in infinitum.

Eodem foro gaudent Officiales tàm ordinarii, quàm extraordinarii illius, Actuarius, Scribæ, Satellites, omneſque alii ſervientes, nam cognoſcendi ſunt ab eo Judice, (9) cui inſerviunt. Eodem foro, & privilegio potiuntur Procuratores, Advocati, & ſimiles, veluti in aliis Tribunalibus, cùm ipſis (10) practicatur hæc omnia ità ſe habent, nàm perſonæ acceſsoriæ ſequuntur conditionem eorum (11) principalium, nè privilegium reddatur (12) inutile. Baſsecterii, Caballarii etiam gaudent hoc foro, & hæc eſt praxis.

CAP.

(1) *Cap. ceſſante, de appellat. Innoc. in cap. cùm olim, de arbitr.*

(2) *l. ubi cæptum, ff. de Iudic.*

(3) *l. in ambiguis, §. non eſſe novum, ff. de regul. Iur. Azo in l. edita, cod. de edend.*

(4) *Mucc. in dilucid. ad deciſ. 21. Sanfel.*

(5) *Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 647. & 650.*

(6) *de Roſ. in prax. civ. cap. 3. diſtinct. 1.*

(7) *Thor. in compend. deciſ. tom. 1. verb. immunitas conceſſa locatis Apuliæ, Altim. ad Rovit. deciſ. 71.*

(8) *Aget. ad Deciſ. Mol. par. 2. §. 3. num. 17. de Doh. Menæpec. Apul.*

(9) *Luc. de Penn. in l. penult. cod. de apparitor. Præf. Vrb. & in l. 2. cod. de Offic. magiſtr. milit.*

(10) *Rovit. in prag. 11. de Militib. Merlin. controv. cent. 2. cap. 64.*

(11) *Dec. in cap. ſanè de privil. num. 13.*

(12) *DD. & gloſ. in cap. licet, § cùm concedatur de privil. in 6.*

CAP. XV.

Juriſdictio Dobanalis extenditur ad Jurium ceſſionarios, & conductores rerum ſubditorum Regiæ Dobanæ ad eam ſpectantium.

DE ceſſionariis, nulli dubium eſse poteſt, cùm in jure clarum ſit, quod ceſsare, cui privilegium inhæreat, ceſsum (1) intelligitur privilegium, quo ſimùl, & Juriſdictione gaudet (2) ceſsionarius.

De ſubditis Dohanalibus locatoribus, vel de conductoribus non ſubditis, quæſtio fieri poſſet: verumtamen quia privilegium eſt mixtum, quæſtio ceſſat. Gaudet enim locator noſtro foro, uti Dominus rei regali patrimonio ſubjectæ, ex expreſſi privilegii verbis conſideratus, cui privilegium videtur directum: Gaudet conductor eodem foro, & privilegio ratione ejuſdem rei conductæ, ob quam fuit privilegium conceſsum, quà mediante ditatur Regium Ærarium, cujus ratione fuit privilegium indultum. Simili modo artifices cauſa eorum artis gaudent (3) eorum foro in privilegium conceſſo. Privilegium enim mixtum reſpicit perſonam, (4) & rem, utramque principalitèr conſiderans: hinc ceſſante re, veluti ſi aliqua pernicie deperderentur oves, ceſſat (5) privilegium, quia ejus cauſa ceſſat, ſcilicet (6) finalis prò vectigali ob materialem deſtructam, niſi alitèr vectigal ſolveretur: unde poſitis dominio, & exercitio, ex quibus ditatur Regium Ærarium, gaudet privilegio Dominus animalium locator, & conductor, qui in tali induſtria exercetur cùm utilitate Regii Ærarii: quapropter hic non abſonum no-

(1) *l. in omnibus, l. privilegia, ff. de regul. jur. l. 1. §. 1. ff. de jur. immun. Salgad. labyrint. Credit. par. 1. cap. 26.*

(2) *Bald. in l. per diverſas, qu. 17. cod. mand. Galler. de renunc. lib. 1. cap. 4.*

(3) *de Franch. deciſ. 481.*

(4) *Bald. in l. Sordidorum, cod. de excuſat. muner.*

(5) *Iaſ. in l. ſciendum, §. ſi fundus, ff. qui ſatiſdar. cogant. Tiraqu. in tract. ceſſante cauſa, verb. privilegii.*

(6) *Everard. in topic. legal. loc. 85. Tuſch. litt. C. concluſ. 137. n. 14.*

nobis adnotare videtur, quod Rex citrà Regalia à corona inſeparabilia, (1) & quæ ſeparari poſſunt, poteſt, & alia (2) ſibi conſtituere ſubditis non repugnantibus, ſicuti intèr alia in Regno noſtro privativè quoad ſubditos harbagia (3) in Apulia ab animalibus ſumenda ſibi reſervavit, quæ ſi utiquè aliquam deficerent ob cauſam, poſſet Rex ſuperindictum imponere, ſive manus ad ſubditorum bona (4) extendere, quod eſset quidèm contra mentem Populi, qui ad ea evitanda, talia Regi præſcripſit, (5) nè gravaretur in bonis: quarè cùm agatur de augumento, vel detrimento Coronæ, quæ valdè læditur (6) per diminutionem reddituum, non eſt attendendus privatus (7) favor: ſed publicus: Favor enim noſtri privilegii, & fori publicus eſt, nam à foro, & privilegio augumentum, & conſervatio Regii Ærarii habetur: nequè inſpiciendum, quod derogetur aliquantùlum ordinariæ Juriſdictioni Regiorum, vel Baronalium Officialium: Privilegium oneroſum, uti eſt noſtrum, etſi tertii præjudicium intercludat, ſuum debet ſortiri (8) effectum; maximè ſi motu proprio, ac plenitudine poteſtatis fuerit (9) conceſsum, quod demonſtravimus: Undè licèt conceſsa fuerint hujuſmodi Regalia, nè detrimentum Reſpublica pateretur inſtante Populo, Regis filio, vel nepote (10) avocari poſsunt: Pecunia enim eſt omni Imperio, ac Regimini (11) neceſsaria, ideòque tributa ſunt præſtanda.

Ex his ridiculi videntur nobis ii, qui ridiculum putant, ſubditos Regiæ Dohanæ in ipſa conveniendos prò cauſis gabellarum, datiorum, aliorumque hujuſmodi: vel prò aliquibns delictis: cùm enim noſtrum privilegium ſit mixtum, ac omni alio potentiùs, certum eſt prò dictis cauſis, & quibuſvis aliis in alium forum trahi non poſse eò fortiùs quia privilegiati homines certum forum habentes, non debent remitti (12) àd Judicem contractus, vel delicti; præſertim in caſu noſtro: nam territorium Dohanalis Juriſdictionis eſt hominis (13) caput, & quod finis privilegii caducaretur,

tur,

(1) Montan. de regalib. fol. 11. qu. 3.

(2) Idem ibid., & in prælud. nu. 12. Andr. in rubr. de Regal. colum. 2.

(3) In conſtit. Regn. Inter multas, verb. herbas, de Offi. Magiſt. Proc. Cur.

(4) l. 1. ff. de conſtit. Princip.

(5) Argum. l. 1. cod. de donation. ſub mod.

(6) Peregr. de jurib. fiſc. lib. 1. tit. 3. nu. 70., & 74.

(7) l. unic. cod. de offic. ordin. ſacr. largit.

(8) Bartol. in proæm. ff. colum. 3. Bald. in l. reſcripta, cod. de precib. Imper. Offer. Tapp. in dec. Ital. deciſ. 7.

(9) Natt. conſ. 340. n. 6. Alciat. reg. 3. præc. 11. in fin.

(10) Argum. gl. in conſtit. Regn. conſuetudinem pravam hactenùs, in verb. cùm his.

(11) Dion. hiſtor. Roman. lib. 52. pag. 635. Div. Paul. ad Roman. cap. 13.

(12) Barboſ. in l. hæres 1. ff. de Iudic. nu. 42. argum. cap. 1. de privil. in 6.

(13) Argum. ex mart. conſ. 58. Montan. de regal. fol. 142. n. 22.

tur, nè ſc. homines diſtraherentur: quarè eorum fuit conſtitutum Tribunal: ſemper igitur de illis, quorum reſpectu tot leges, & Pragmaticæ dirumpuntur, Regia Dohana cognoſcere debet: ſemper enim cauſa privilegii, (1) ad quam mens concedentis indulta habuit reſpectum, attendenda eſt.

(1) *Bald. in l. 1. nu. 7. cod. de Epiſc. & Cler. Rot. in deciſ. 169. n. 7. par. 11. recenſ.*

C A P. XVI.

Omnes perſonæ deſcriptæ in libris Dobanalibus, etſi realitèr pecus non habeant, vèl Terras non colant, gaudent foro, & privilegio Regiæ Dobanæ.

EN' locus alter magni conflictus, maximæque adverſariorum pugnæ: Ubi jactant quæ neſciunt, neſciunt quæ jactant.

Non deſunt hic ingratitudinis filii, ſe continuò opponentes noſtro foro, àt potiùs Regio Ærario; Contendentes vigore *arreſti* 700. Regiæ Cameræ, homines realitèr non poſſidentes viginti pecudes; & adnectunt eos, qui vere Terras ſalidas non ſerunt, privilegio, & foro Regiæ Dohanæ gaudere non poſſe; & confirmantes eorum dicta ajunt, neceſſariò prò fruitione privilegii (2) exercitium requiri.

(2) *de Franch. dec. 481.*

Nos autem altiùs inveſtigantes hujus rei radices, reſpondemus, prædicta locum non habere, etſi realiter pecudes non poſſideantur, Terræque Regii Tabulerii non ſerantur.

Vel enim loquimur de hominibus Regii Demanii, qui ſunt ſub immediata Regis protectione, & de iſtis nulli præjudicium affertur: nec poſſunt ordinarii Regis Iudices de hoc conqueri rationibus jam dictis, nàm paritèr poſſent eadem dicere

de ipſo privilegio, quò ab eis juriſdictio aufertur ſuprà tale certum genus perſonarum, & tribuitur Dohanerio, quia Rex Iudices de (1) & prærogativas ſemper creare valet abſquè præjudicio eorum: Vel de Baronum Vaſſallis ſermo fuerit, & nec etiam de iſtis dubitari poteſt; Rex enim ſuæ ſemper ſuperioritatis Jura (2) allodii conſervat, & ſi illud vendit, vel concedit, homines non ceſſant ejus eſſe (3) ſubditi; primæ enim radices (4) ſemper conſervantur: Undè Rex concedens eos Baronibus, Cuſtodibus, (5) atque tutoribus committere intelligitur (licèt aliter (6) ſe habeant), quapropter ſuam poteſtatem non adimit, ſed quieſcere facit: Ideòque eos ſemper tueri debet, præſertim gravatos ab eorum Baronibus: Hinc ſi ejus ſubditos Rex etiam in alieno (7) Regno defendere tenetur, quanto magis in ſuo? Ideòque Vaſſallos à Baronibus gravatos (8) repellere non poteſt: Imò ab eis illos eximere debet, (9) quia ſuprema juriſdictio nunquàm totaliter conceſſa intelligitur; Semperque remanent apud Regem (10) primæ radices, quorum permulti ſunt principaliores (11) effectus: Si jure igitur Rex hæc facere tenetur, & poteſt in prædictis, quid dicemus in caſu noſtro, in quo duo concurrunt, utilitas ſc. Regii Ærarii, & Baronum gravamen in Vaſſallos? Atquè ſi abſque dubio Vaſſallus juſtum ob timorem (12) ad Superiores confugere valet, vel gravamen ſit illatum, vel inferendum, quare indè ab eorum exemplo doctus, & pernicie, quæ paſſim in ſubditos à Baronibus inferri videtur, ad Regem per Dohanam recurrere nequibit?

Arguamus adhùc ab effectù; Si Vaſſalli prudentis, juſtique Baronis, ab eo non offenſi ad Regiam Dohanam, vel non recurrunt; vel pauci veniunt, & venientes expelli non poſſunt; gravati, quos Rex expellere nequit, cur expellendi erunt à Regia Dohana, in qua vectigal ſolvunt Regio Fiſco, per quam ad Regem veniunt, ejuſque protectionem anhelantes, ut Baronum gravamina aufugiant, nè alia dicamus?

(1) *Cyn. in l. quoties, cou ubi Senat., vel Clariſſ.*

(2) *Montan. de Regal. f. ..37. n. 42. & 43.*

(3) *Idem fol. 146. n. 32.*

(4) *Peregr. de jur. Fiſc. lib. 1. cap. ult.*

(5) *Montan. de Regal. 145. fol. n. 32.*

(6) *Capibl. de Baronib. lib. 2. in præfat.*

(7) *Mont. de Regal. fol. 95. nu. 5.*

(8) *Idem fol. 144. n. 27.*

(9) *Idem fol. 145. ſub nu. 29.*

(10) *Peregr. de Iur. Fi. lib. 1. cap. ult.*

(11) *Gallup. in Meth. Feud. par. 1. cap. 3. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10.*

(12) *Argum. l. contrà puſillum ff. de re Iudic. l. milites §. deſertorem ff. de re Milit. Gramm. vot. 37. & conſ. 66. nu. 70.*

Coguntur homines ad Menam Dohanæ, ut eorum animalia prò utilitate Regiæ Curiæ ducant, & expellendi erunt illi, qui prò eadem utilitate, etſi animalia non habeant, terraſque ſolidas non ſerant, ad ſolvendum vectigal, ſponte veniunt? Videtur quidèm inſomnium! Nèc dolus hic adeſt, niſi bonus, quo poſſunt homines jure uti, (1) ut effugiant manus potentium, & luporum, unde ſolertia veteribus appellabatur, qua utebantur adversùs hoſtes, (2) & latrones.

Prętereà Barones eorum Vaſſallis abutentes, clarum eſt Juriſdictione, & (3) feudo privari poſſe, & tamèn in caſu noſtro non privantur feudo neque Iuriſdictione, àt ſolummodò paucis Vaſſallis, iſtorumque ditione, firmis tamèn remanentibus aliis, ſc. perſonalibus ſervitiis (dummodò non impediant Regiæ Dohanæ Menam, Regiamque induſtriam, quo caſu caducaretur finis privilegii, nè homines diſtraherentur à Dohana, conceſſi; Atque omne impedimentum ab Alphonſo vetitum, nè officeretur Mena, & Dohana, induceretur: Inſupèr locati vacant ſuis, vacantes Dohanæ, adeòque cogi non poſſunt ad ſervitia (4) perſonalia; & tanquam locantes Regi eorum opera, alteri ea (5) locare non poſſunt, & ſolutionibus; Undè igitur tot clamores, & voces ipſorum querulæ?

Maximam adhùc Regis poteſtatem æconomicam, & politicam, quis neſcit, qua multa facere poteſt prò Regnorum conſervatione, etiam expellendo (6) Eccleſiaſticos Regnum infeſtantes, vel aliter (7) incorrigibiles? Nonne eadem poteſtas quoad Eccleſiaſticos adhùc penes Regem (8) reſidet? Hinc in noſtro privilegio legimus, *ac prædictis Eccleſiarum Prælatis, Magnatibus, & Dominis per præſentes notificamus, & ad eandem pænam mandamus, ſi contrà fecerint*; Et deindè audemus dicere ea uti non poſſe Regem in proprios ſubditos, cùm ea utatur adversùs exemptas a ſua ditione? Et ſi eadem poteſtate gaudet prò extrahendis ab Eccleſia recurrentibus ad ejus (9) immunitatem, & præ

(1) *l. 1. §. non fuit ff. de dol. cap. dolum, de converſ. conjug. Apoſt. ad Corynth. 2. cap. 12.*

(2) *dict. l. 1., Hottom. in Comment. verb. Iur. verb. dolus.*

(3) *Andr. in cap. 1. de Natur. feud. Afflict. dec. 205. l. 3. cod. locat. Boer. dec. 304. Campag. in cap. gravamina n. 33. Gram. dec. 104 Cravet. conſ. 6. & 99. Theſaur. qq. forenſ. lib. 3. q. 45. Taſſon. de anteſ. verſ. 3. obſerv. 4. nu. 114.*

(4) *Bald. in l. præſes, cod. de ſervit. Gramm dec. 67.*

(5) *l. in operis, ff. locat.*

(6) *Dian. reſolut. Mor. par. 1. tract. 2. reſolut. 17. & 18.*

(7) *Can. 20. 17. qu. 5. ubi clarè Gloſ. in verb. intrà Eccleſiaſticam, conſonat. jus noſtrum in cap. ad Regale Faſtigium, ubi Luc. de Penn. in gloſ. additio.*

(8) *Suar. lib. 3. de legib. cap. 6. Belarm. lib. 5. controv. cap. 6. Salicet. de legib. polit. lib. 1. cap. 6.*

(9) *Criſp. de Valdav. obſerv. par. 1. obſerv. 3. nu. 38.*

Digitized by Google

& præſertim iis, qui munus eorum adimplere (1) tenentur: quarè poſteà non poterit à Iuriſdictione Baronum ſubditos extrahere, & præcipuè, ut eorum munus, tantoperè Regio Ærario, (2) Reipublicæque neceſſarium, adimpleant? Cùm Rex benè poſſit cauſa Reipublicæ Baronum Juriſdictionem minuere? Quamobrèm aperiendo miſeris Vaſſallis viam, & recurſum ad ejus Majeſtatem, & Clementiam, omni jure hæc facit. Et hac fortaſsè ratione ad reprimendam malorum Baronum audaciam (cùm Regnum (3) ferè totum reperiatur alienatum) Regiam Dohanam erectam tanto privilegio adornavit, quæ quidèm omni ratione politica, & æconomica, ultrà Ærarii neceſſitatem, manuteneri prò reprimendis illorum vexationibus, augerique debet: & hoc politicè factum à gravioribus viris autumatur.

Tandèm conſiderandum eſt, delinquentibus, & peccantibus contrà ipſum Regem, Barones, ac privatos, dari locum immunem ad refugiendum, (4) & aſylum: & Vaſſallis (quorum intereſt ſub immediata Regis (5) eſſe protectione) ſine delicto, & noxa, tantoperè gravatis ab eorum Baronibus, ad proprium Dominum confugiendi, recurrendi, ac ſub ejus protectione ſalvos fieri, non erit dandus adytus? Si hæc ſe ita haberi poſſent, & Baronum perfidia ſubſtentari, Mundus eſſet quidèm labefactus, & Reges ſubditi forent!

Neque obſtat *citatum arreſtum*, quod nunquàm practicatum audivimus, nec vidimus, ſi reſpiciamus tenorem ejus prò ſe allegatum ab adverſariis; nam nunquàm fuit capta informatio de pecudum exiſtentia: Si verò inſpiciamus tenorem ejus prò pecudibus Realibus in libris Regiæ Dohanæ deſcriptis, ſc. profeſſatis in beneficium Regii Fiſci, certum eſt, ſemper fuiſse obſervatum; nam ex eo, quod aliquis profeſſus eſt viginti oves, & eas fecit deſcribere in dictis libris, quæ reales dicuntur, ſtatim potitùs eſt foro Dohanali: Sanè igitur *dictum arreſtum* in ſenſu adverſariorum accæptum, tanquàm non practicatum, neque practicabile, nam Fiſci

(1) *l. ſi ſervus, l. præſenti, cod. de his qui ad Eccleſ. confug. cap. 6. de immun. Eccl. Farin. de immun. cap. 4. argum. Can uxor falicis, 17. q. 4. Can. Principes, & Can. Regum, 23. q. 5. Idem Criſp. loc. cit.*

(2) *Valuſc. conſult. 12.*

(3) *Taſſ. de anteſ. fol. 415.*

(4) *l. quid ſit fugitivus, §. apud labeonem, ff. de edilit. edict.*

(5) *Paſch. de patr. poteſt. cap. 1. ex n. 26.*

Fiſci non eſt, niſi oves habere deſcriptas in ſuis libris, nobis non obſtat: nec ratione obſtare poteſt: Exercitium enim rei pecuariæ non eſt finalis cauſa privilegii; Sed ubertas Regii Ærarii, àc utilitas Regiæ Curiæ: Quarè nec *relata deciſio Domini de Franchis* in caſu noſtro allegari valet, quià eadem ratio inter ſubditos Dohanales, àc artifices (de quibus loquitur (1) *dicta deciſio*) non currit: In artificibus enim cauſa finalis eorum privilegii, eſt exercitium, extrà quod, aliud non habetur: In ſubditis verò Regiæ Dohanæ eſt publica utilitas, maxima Ærarii neceſſitas, ejuſque ubertas, immediatum Regis, Reipublicæque commodum, quod extra exercitium pecuarium habetur, nàm vectigal, & merces paſcuorum Fiſco ſolvitur, hac ſolùm conditione, ſcilicet deſcriptis animalibus in libris Dohanalibus, nihil inſpecto, ſi exiſtant, vel non: adeoque finis noſtri privilegii ſine exercitio adimpletur, & conſumatur; Undè ad ſatietatem ponderamus, quod ceſſante cauſa, ſed finali, (2) ceſſat effectus: adeòque in caſu noſtro licèt exercitium ceſſet, ſivè mena, nòn ceſsat privilegium, quia nòn ceſsat cauſa finalis illius, ſcilicet vectigal, vel ſolutio Regii Ærarii, etiam prò eſtalio paſcuorum; quam in agendo (3) actu agens conſideravit, & principalitèr ob eam motus fuit ad actum faciendum; Nàm alitèr actus nòn fieret: Undè Alphonſus ille ſapiens in agendo conſideravit principalitèr, & abſolutæ Regiæ Curiæ utilitatem, ſine qua Dohanam non reſtauraſſet: hinc ceſsante ea, (4) ceſsat privilegium, ſicuti ceſsante ſine legis, (5) ceſsat lex; eò fortiùs, quod ſi plures cauſæ concurrant (6) ad diſpoſitionem, una deficiente, non ceſsat diſpoſitio. Cùm ergò principalis finis noſtri privilegii ſit utilitas Regiæ Curiæ quæ viget, etiam ceſsante cauſa materiali, ſivè actuali exercitio, vel mena, non ceſsat privilegium, ex eo quià viget cauſa finalis, utilitas nempè Regii Ærarii, quæ movit mentem Regis ad concedendum tale privilegium.

(1) *de Franch.dec.481.*

(2) *Anchar. conſ. 47. n. 4. Everard. in Topic. legal.lib.85.Tuſch.concl. 137.litt.C.n.14.*

(3) *Barboſ. de axiomatib.axiom.40.n.7.*

(4) *Anchar.conſ.394. n.3.*

(5) *l quod dictum, ff. de pact.Tiraqu. in tract. ceſſante cauſa,par.1.n.11.*

(6) *Roman. conſ.497. Tiraqu. in d. tract. ceſſante,limitat.22. Tuſch. concluſ.202.n.59.*

Nèc

Nèc officit Baronum exclamatio : *Vaſſalli* (ut loquamur noſtro idiotiſmo , nam Vaſſalli dicuntur ipſi Barones) in fraudem propriæ Juriſdictionis profitentur oves , quas realitèr non habent ; conducunt Terras Salidas , quas non colunt : quid inde? Solvunt vectigal? certè ergò adimplet finem privilegii , etſi prò privilegii foro hoc faciant . Undè hoc ? quia juſtum ob timorem (quem pluries eorum malo experti ſunt) perhorreſcentes illorum minas , & potentiam , ad Regem recurrunt erit igitur delictum hoc facere? primas ſuſcitare radices , ad Regem , cui jure gentium ſubjiciuntur , confugere ? quis hæc poſſit dicere, neſcimus ! non mutant imperium , fraude bona utuntur , vectigal ſolvunt , prò quo deſcribuntur in libris Dohanalibus , quarè ejus Juriſdictio fundata videtur : adeoque ejus foro gaudere debent : Nèc inſuper *relata deciſio Domini de Franchis* nobis obſtat ; quæ fundatur *in l. ſcriniarios , cod. de teſtam. milit.* nam in textu prædicto loquitur Imperator Anaſtaſius de militibus , eorumque ſcribis , quorum privilegium taxativè , ac prò finali cauſa , belli exercitium requirit , tanquam ejus objectum , præter quod nil aliud habetur : & tamèn ſi ſcriniarii jurent ſe (1) perituros proptèr Rempublicam , gaudent privilegio militum , quia objectum Belli , pugna prò Republica eſt : à pari ergò , ſi objectum noſtri privilegii , ejuſque finis , vectigal eſt , ac ſolutio prò utilitate Regiæ Curiæ , quæ publica eſt , & extrà exercitium , actuales ſcilicet oves , vel culturam , aliud magni momenti habemus , hoc eſt vectigal , ac paſcuorum , & conducti ſolutionem , principem finem dicti privilegii ; certè homines deſcripti in libris Regiæ Dohanæ , ejus potientur foro , licèt deſit exercitium . Si votum de pugnando tribuit privilegium , quomodò in caſu noſtro ſolutio prò Regio Fiſco forum non largietur ? Scriniarii vovent finem : in Dohana homines conſumant finem , ſivè obſervant objectum privilegii ; adeòque a fortiori fruentur ejus foro : & ſic *textus* prò nobis ſtat . Imò militum privilegio fruuntur

(1) *Gloſ. in tit. l. Scriniarios.*

qui

qui in loco (1) hoſtili reperiuntur, cùm eadem pericula experiantur, ideò jura eadem quoque ſibi vindicant: Sic igitur deſcripti in libris (qui ob deſcriptionem hominum, quodammodò ſunt territorium Regiæ Dohanæ) Dohanalibus, licèt realiter in mena; & cultura ſe non exerceant, ſubeunt tamèn ſolutionem prò Regio Ærario adinſtar aliorum, adeòque eadem Jura ſibi vindicare debent, nèc fraus officit, quia bona (2) eſt.

Præterea in praxi quoque notandum eſt, quod adverſariorum quæſtio quatenùs locum haberet, in Regia Dohana tractanda eſſet, nàm ut ejus forus ſit quæſitus, ac fundatur in hoc caſu, ſola deſcriptio librorum requiritur: undè quatenùs perſona in dictis libris deſcripta, deberet, vel nòn, noſtro privilegio frui, noſtrum Tribunal cognoſcere debet, ac ſi cauſa eſſet remittenda, ut in Clerico (3) practicatur, ratione clauſulæ privativæ, (4) & abdicativæ; Verumtamèn talis remiſſio in caſu noſtro practicabilis non eſt, ex eo, quia Vaſſalli per ſimplicem adſcriptionem, imò adſcriptionis voluntatem, in libris Regiæ Dohanæ cauſa profitendi pecus, vel conducendi terras ſalidas, redduntur odioſiſſimi eorum Baronibus, qui vellent eos ictu oculi in nihilum redducere: quod ſufficit prò Vaſſallorum exterminio: Undè ſi remitterentur; implacabili odio illorum ſubjici cogerentur: quare omnis ratio politica, æconomica, & ſummi Principis imperii hoc admittere non debet, ſicuti per ſolam injuſtitiæ ſuſpicionem non fit (5) remiſſio: eò fortiùs fieri non debet ob ſuſpicionem vitæ; ac bonorum: Imò Barones ità Vaſſallis abutentes ex officio eſsent cogendi ad illos (6) vendendos.

(1) *Text. in l. unic. ff. de bonor. poſſ. ex teſtam. milit. l. final. ibi gl., ff. de teſtam. milit.*

(2) *l. 1. § non fuit, ff. de dol.*

(3) *de Franch. deciſ. 189. Gramm. deciſ. 81.*

(4) *Cap. tuam, de ordin. cognit. Cap. Latr. qui fil. ſint legitim.*

(5) *Tapp. de jur. Regn. tit. ubi de crim. ag. oport.*

(6) *Faber. in cod. § ſed hoc, tit. de his, qui ſunt ſui, Pap. dec. 62. Bartol. in l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui;*

CAP.

C A P. XVII.

De Regiæ Dohanæ Dohanerio, & Auditore, eorumque Juriſdictione.

CErtum eſt in jure, (1) & rationabili cauſa fundatum, neminem in propria cauſa jus dicere poſse, vel Judicem creare; tamèn ceſsat hæc diſpoſitio (2) favore Fiſci, cujus privilegium in hoc (3) magnum conſideratur, ùt meliùs tractentur ejus cauſæ, & patrimonium, nè Rex ex neceſſitate ad iniquitates manus imponeret: ad Regis ergò patrimonium conſervandum particulares Judices invigilare debent, & ſubditi quoque, (4) cùm patrimonii cauſa publica ſit, & non privàta.

Hìnc ad gubernium Regiæ Dohanæ præſidet Dohanerius, qui hodiè Gubernator ipſius vocatur. Ipſe penès ſe integram habet juriſdictionem præſertìm circa res patrimonii Regis, *vos eundem Franciſcum . . . remanere in Commiſſarium, Dohanerium, Procuratorem, & Nuntium noſtrum specialem, ad conducendum, & congregandum pecudes, & animalia groſſa ad dictam Dohanam*, & alibi, *& alia promictere, & conducere, & fieri debere per vos videbuntur . . . & promiſſa per vos ſervare . . . quantum ſi per nos propriè feciſſemus*, & inſupèr *de cauſis vos tantùm cognoſcere volumus . . . itá quod nullus præter vos ſe intromictat*. Poteſt etiam Dohanerius commictere quæ & ipſi videbuntur, *vobiſque, aut alteri veſtri parte*.

Eidem Dohanerio fuit à Rege conceſsa poteſtas *cùm plena Juriſdictione Civili, & Criminali, mero, & mixto Imperio, àc gladii poteſtate*. Undè rectè poteſt de omnibus agere, & cognoſcere, ùt cauſas reſtitutionis (5) in integrum, (6) appellationis, reviſionis, (7) & recognitionis ſententiæ per ſuplicationem ad Principem, miſſionis (8) in poſ-

(1) *l. unic. cod. nè quis in ſua cauſ.*

(2) *in tot. cod. tit. ubi cauſ. fiſcal., & pragm. 62. 63. de offic. procur. Cæſar. & in conſtit. Regni quæſtiones.*

(3) *Alciat. in conſ. 12.*

(4) *Taſſ. de antef. verſ 3. obſerv. 3. de Tribun. Reg. Cam. Sum.*

(5) *Bartol. in l. imperium, ff. de Iuriſd. omn. Iudic.*

(6) *Menoch. de Iuriſd. lib. 1. cap. 3. ubi latè.*

(7) *Bartol. in d. l. imperium.*

(8) *Idem ibid.*

poſſeſſionem ex ſecundo decreto, & alia: Facinoroſos (1) homines punire, membra (2) abſcindere, ad deportationem, relegationemque (3) condemnare, & ad metallum, (4) & ultimum ſupplicium, & alia hujuſmodi, quia omnem juriſdictionem habet ſibi conceſsam ex dicta clauſula, ſicuti Doctores (5) nos docent.

Hinc non poſsumus reticere, quod decreta, & ſententiæ, quæ fiunt per Regiam Dohanam, à Dohanerio ſubſcribi debent: aliter diſputandum eſset de eorum validitate, ac firmitate, quod hodie magis habendum eſt in conſideratione, nam ad hujuſmodi Regiæ Dohanæ gubernium multis ab hìnc annis veniunt, & eliguntur Senatores Regiæ Cameræ, qui ſunt Iudices ordinarii.

Priſcis temporibus Dohanerius in cauſis decidendis voto alicujus Doctoris utebatur: indè Rex Ferdinandus Alphonſi filius in anno 1483. Auditorem creavit, quì poſt triginta circitèr annos fuit ablatus, & Dohanerius cum voto Regii Gubernatoris Fogianæ Civitatis (qui Doctor eſse debet) jura dicebat: at quia tali modo confundebatur Iuriſdictio, in anno 1536. fuit a locatis Majeſtas Caroli V. ſupplicata, ut eis concedere dignaretur Auditorem prò adminiſtranda juſtitia, Deum timentem, ſicuti priùs practicabatur, quibus Rex ita indulſit, *Placet Ceſareæ, & Catholicæ Majeſtati, quod ſingulis (6) tribus annis creatur unus Auditor, pròut ſupplicatur, cui ſolvatur Salarium de proventibus ipſius Dohanæ.* Unde fuit datum adiutorium Dohanerio prò cauſis Iuſtitiæ inter partes; qui Auditor antiquitùs negotia cum Dohanerio conferebat, & hodiè in Tribunale (7) decreta facere debet: & functus dicto Officio, Syndicatus per Dohanerium dando parere tenetur tempore, quo Fogiæ degunt (8) locati, & hac praxi, legi (9) conſona utimur.

Hìc nobis adnotare non diſplicet, quod deciſio fori, àn ſc. aliquis eo frui debeat, ad ſolum Dòhanerium ſpectet, quia illum creavit Rex in ejus *Procuratorem, & Nuncium . . . ſpecialem*, con-

L cedens

(1) *l. illicitas, §. quì, ff. de Offic. Præſid.*

(2) *Accurſ. in dicta l. imperium, gl. 3.*

(3 *Idem in l. nulli, cod. de ſentent. & interloc.*

(4) *l. aut damnum, §. præfectò, ff. de pæn. Gallupp. in method. ſeud. par 1. cap. 6. nu. 36.*

(5) *Duar. in lib. 5. diſputat. anniv. cap. 53. Charand. de juriſd., & imper. nu. 19.*

(6) *in Inſtruct. Regia Doh. ſeù grat. Carl. V. cap. 16.*

(7) *Pragm. 79 §. 40. de Offic. Procur. Ceſar. & 16. Marad. pract. obſerv. 59. nu. 10.*

(8) *in Inſtruct. Eminentiſs. Granvela cap. 20.*

(9) *l. 1. cod. ut omn. Iudic., conſtit. Regn. volumus, & pragm. 1. de Syndic. Official.*

cedens ei *plenariam libertatem*, & *omnimodam poteſtatem* : Adeòque in (1) Iudicem Fiſcalem prò adminiſtratione ejus Regiæ Dohanæ, & patrimonii, de cujus intereſſe agitur in quæſtione fori, & ſignantèr ſi eorum eſt, qui ſunt in libris deſcripti, uti pecudum patronorum, vel Regii Tabulerii terrarum conductorum, quorum admiſſione augetur, abolitione minuitur Regii Ærarii redditus: uti ergò de Ærario Cura, ac ſollecitudo ſolius Dohanerii eſt, ità ipſius tantummodò eſt in controverſiis fori, & privilegii (2) jus decidendi, nam eo conſervatur, augeturque Ærarium; eadem ratione Gubernator Regiæ Dohanæ eſt Iudex privativè omnium cauſarum intèr Regium Fiſcum, & partes pendentium. Nam adjutorium fuit ſolummodò datum reſpectu cauſarum intèr partes, ſivè particularium, abſque fiſcali intereſse, circa quas etiam jus dicere poteſt; ſicuti receptum eſt in praxi, ad inſtantiam partis, prævia Commiſſione Proregis, ejuſque Collateralis Conſilii, vel Regiæ Cameræ, abſque eo, quod formitèr detur ſuſpicio adverſus Auditorem.

Unum in Dohana deploramus malum, hoc eſt, unum eſſe Iudicem, qui ſolus præmia, & pœnas indicit; decreta, & ſententias profert, etſi ſeptem Provinciæ; imò totum ferè Regnum Iuriſdictioni Regiæ Dohanæ ſubjaceat; quandò prò qualibet Provincia unum eſt Tribunal plurium Iudicum ſtatutum prò recta (3) juſtitiæ intèr partes adminitione, & in Regia Dohana, in quà plures Provinciæ judicantur, unus eſt, qui jura dicat! Hic nobis exclamare opus eſt, & Regi vota porrigere, quò Tribunal noſtrum ad formam Regiarum Audientiarum redigeretur; quod Deo, Regi, & Populis gratum quidèm eſset, quia in ea de mortis, Triremium, & aliis pœnis contra ſontes agitur: ac de cauſis, intèr partes, maximi momenti: & hæc omnia judicio unius ſubjacent. Magnum abſurdum!

(1) *toto cod. tit. ubi cauſ. fiſcal. l. 1. cod. de fide Inſtrum. l. cùm eorum cod. de ſentent.*

(2) *Argum. l. placet, cod. de pedan. Iudic. l. mandata, ubi gl. ff. de Procurator.*

(3) *Argum. pragm. 3. §. 4. de Offic. Sac. Reg. Conſ. l. intèr artifices ff. de ſolution.*

CAP.

CAP. XVIII:

Gubernator Regiæ Dohanæ non poteſt recuſari in cauſis Regium Ærarium tangentibus.

MAlitia hominum quodcumque bonum inventum, vel jus corrumpere conatur: & ſæpeſæpiùs optima re abutendo, eam in peſſimam convertit, quod præcipuè experimur in recuſatione (1) Iudicum, quæ à legibus prò Juſtitiæ præſidio adinventa, humana fraude facta eſt calumniarum refugium: hinc aliqui mediatè, vel immediatè cum Regio Fiſco litem agentes, & opponentes ſe (præſertim aliqui Barones) ne eorum Vaſſalli Regiæ Dohanæ ſubditi efficiantur, Dohanerii ſuſpicione abutuntur, prætenduntque cauſas non decidi, in longum protrahi, Vaſſalloſque ad Dohanam, & Menam venientes non recipi. Res quidèm abſurda! tali enim medio aliud non intelligunt, quam Regium Ærarium utilitate, & Iudice (2) Regium Fiſcum privare, àc calumniis reportare triumphum. Sanctionibus noſtri Regni (3) cautum habemus in cauſis ratiociniorum, aliiſque hujuſmodi, ne remaneat indefenſus Regius Fiſcus, recuſari non poſſe Dominum Locumtenentem, ac Advocatum Fiſci Regiæ Cameræ. Unde à pari, eadem ratione idem dicendum putamus de Dohanerio: immò & abſolutè hoc concludimus, (4) quia illud in *Procuratorem, & Nuncium* . . . *ſpecialem* prò dicti Dohana Rex ſibi conſtituit. Quis enim in ſupradictis caſu, ſc. ſi militaret ſuſpicio, *prò utilitate Curia ſupradictæ* proſpexerit? quis *quæ videbuntur melius prò expeditione dictæ* . . . Dohanæ ordinaverit? Quis homines ad Menam venientes *ſub verbo, & fide* . . . Regis protexerit? hoc non eſſet recuſatio: Sed Regii Ærarii annihilatio.

(1) *Pragm.15.de Suſpic.Official. in princ.*

(2) *tot. tit. eod. ubi cauſ.Fiſcal.*

(3) *Pragm.12.& 14. de ſuſpicion. Official. pragm.75. §.78. de Offic. Procur.Cæſar.*

(4) *Gabet. in deciſ. Luſit.114.par.1. nu.9.*

 CAP.

Digitized by Google

C A P. XIX.

De exceptione quà uti poteſt Subditus Regiæ Dobanæ in alio foro Conventus ; ac de appellatione ad Regiam Cameram.

MUltoties admirati ſumus audientes aliquos cauſidicos eorum litigantium in Regia Dohana cauſas avocare velle etiam ope fori declinatoriæ exceptionis, quà illis afferuntur multa præjudicia: hinc ſciendum eſt, Regiæ Dohanæ ſubditis in alio foro citatis, vel Conventis, exceptionem Iudicis incompetentiæ competere, quæ magis juvat, & de ea privilegium loqui perpenditur, *de quibus rixis .... & cauſis vos tantum cognoſcere volumus .... ità quod nullus præter vos de dictis hominibus .... ſe modo aliquo intromictat*. En igitur ab aliis Judicibus totalitèr ablata quælibet Juriſdictio ergà ſubditos Regiæ Dohanæ, quibus competit ea exceptio quà repellitur Iudex, quia talis eſſe non poteſt cum reo convencto: & hæc eſt incompetentia Iudicis, quæ (1) non præſcribitur etſi oppoſita non fuerit, quò caſu nec forus (2) præſcribitur neque prorogatur ob aliquem defectum alterius (3) Iudicis Iuriſdictio; nàm expedita citatione in eum, ſupèr quem Iudicium conſtitui non poteſt, nullum proprio Iudici (4) præjudicium affertur; & tali caſu ea militat (5) exceptio, ſc. Judicis incompetentia.

Hinc rectè deducitur ratio diſpoſitionis (6) Regiæ Pragmaticæ quà cavetur, quod in alio foro (quia incompetenti, ideò cauſa ad eum ampliùs redire non poteſt) acta cùm ſubditis Dohanalibus fabricata, gratis, & in praxi receptum, originatèr, nulla relicta copia, tranſmittantur, quibus Regia Dohana non utitur tantùm ob aliqualem inſtru-

(1) *Gloſ. in Clem. unic. de ſequeſtr. poſſeſſ. fructiv. Felin. in cap. Paſtoralis de exception. Afflict. in conſtit. Regn. exceptiones, & in alia, Probationum defectum.*

(2) *Hyppolit. in Singul. 10. Felin. in cit. cap. Paſtoralis.*

(3) *l. final. cod. de exception. l. ſed etſi ff. de judic. Afflict. in dec. 133.*

(4) *cap. ſignificaſti, de for. compet.*

(5) *cap. ſi diligenti, de for. compet. l. generaliter, cod. de Epiſc., & Cleric.*

(6) *Pragm. 79. §. 38. in fin., de Offic. Procur. Cæſar.*

inſtructionem ; quantum ad evellendas Iudicis incompetentis radices.

De omnibus, & quibuſcumque cauſis in caſu gravaminum, à Regia Dohana ad Senatum (1) Regiæ Cameræ appellatur, à quo inhibitoriales litteræ expediuntur.

Hìc diſceptari non diſplicet, àn de cauſis privilegiatis, vel infra ſummam ducatorum centum appellatio detur ſuſpenſiva? De tali ſumma nobis non conſtat, & diſputationi locus relinquitur: nam per noſtram *Sanctionem 7. §. 2. de Offic. Sacr. Reg. Conſ.* ſtatuitur aliquibus audientiis ſumma ducatorum centum quinquaginta, aliquibus verò quinquaginta: & differentia videtur deſumpta à longioribus; viciniorib uſque locis (inter quæ poſteriora noſtra eſt Dohana numeranda) ne prò modica ſumma defaticentur litigantes Neapolim adire longo itinere. Ut ergò ad quæſitum reſpondeamus, non eſt cùm aliquibus ridiculè dicendum, ſuſpenſivam appellationem non dari: Sed diſtinguendum: Vel enim appellatur à decreto diffinitivo, in quo appellatio, licèt ſolum interpoſita ſemper (2) ſuſpendit: vel à decreto interlocutorio, quò caſu ſubdiſtinguendum eſt; vel enim præſentantur proviſiones inhibitoriales Judicis Superioris, (3) & non poteſt ampliùs Judex appellatus procedere: vel fuerit ſolùm appellatio interpoſita, & benè poteſt talis Iudex proſequi. Hinc in utroque caſu privilegiata exiſtente cauſa, adhùc ratione parvæ ſummæ, Iudex inferior Superioris inhibitioni parere tenetur: & ſuperior cujus vis appellatio ſit, declarare debet: alitèr valdè dùrum eſſet, àc ſummum litigantis præjudicium, non ſine magna Iudicis appellati pertinacia, & præſertim ſi malè judicatum eſſet; Undè quæſtio ſibi locum vindicat in appellationibus interpoſitis, litteris inhibitorialibus non adhuc præſentatis, quibus procùl dubio inferiorum Iudicum, ſivè ſubalternatorum manus ligantur.

Inſupèr non eſt prætereundum, quod à litigantibus, eorumque Procuratoribus ſolet ſemper

appel-

(1) *Fragm. 61. §. 4. de Offic Procur. Cæſar de Giorg. allegat. 14. prag. 79. §. 48. de Offic. Procur. Cæſar.*

(2) *cap. non ſolum de appellat. in 6., l. appellationem cod. de appellat.*

(3) *cit. cap. non ſolum, l. unic. ff nih. innov. appel. interpoſ. ubi gl. & Bartol. Pellegr. prax. Vicar. par. 3. ſect. 2. n. 33.*

appelari cùm clauſula, *equè, àc de nullitate principaliter dicit*, & in hoc caſu procedi non poteſt ad ulteriora, (1) etſi cauſa fuerit intra ſummam, quia nullitas ſuſpendit.

Etſi de rebus dictis rationem intrinſecam intueri velimus, noſtra dicta valdè confirmari videatur; nam lex, (2) quæ ſententiæ executionem jubet, appellationem ob aliquam ſummam non obſtante, cùm limitatione, ſivè cauſa loquitur, ſcilicet aſſiſtentia trium Judicum, quæ in Regia Dohana litigantium malo non verificatur, adeòque non militat, quia unus eſt Judex, qui jus (3) dicit (quapropter nòn mirum ſi alitèr praxis ſe habeat, & haberi debet, admittens ſemper appellationem) & Superiorem Judicem in Regno (4) noſtri adiri, ſemper mos fuit.

Nequè ex hoc privilegium læditur, ſivæ Juriſdictio Regiæ Dohanæ, & præſertim, ùt in primis inſtantiis Judex ſit neceſſarius, nam per inhibitoriales litteras in caſu gravaminum non tollitur Juriſdictio: Sed cognoſcitur de gravamine, àn locum ſibi vindicet, quo de opportuno agatur remedio, cum appellatio (5) legitima ſit defenſio: at cognito gravamine in Regia Camera, ni ſubſiſtat, cauſa remittitur, & hac praxi utimur.

(1) *l.fin.cod.ſi ex falſ. cauſ. l.1.ubi Bartol cod. quan. provoc. non eſt neceſſ. prag n.2. de appellat. Muſcat.in gl.nullitates,n 58.Carav in rit. M.C.Vic.257.n.36.*

(2) *pragm. 3. §.4. de offic.Sacr.Reg.Conſ.prag. 6.de appellation.*

(3) *Muſcat. in prax. gl. condemnando, n.107. argum.l.intèr artifices, ff.de ſolution.*

(4) *Muſcat.in gl.tenebitur,prax.civ.n.23.*

(5) *cap.cùm ſpeciali, §.porrò,de appellat.in 6. l.1.ff.de appellat.*

C A P. XX.

Juriſdictio Regiæ Dohanæ non ceſſat ergà ſuos Subditos litteris cambii obligatos, qui in illarum foro trahi non poſſunt.

Hujus veritatis fundamendum ab actu memoriæ dependet, nam recollectis, in ea rebus deſcriptis, veluti noſtrum privilegium eſſe privativum;

Digitized by Google

vativum ; & abdicativum , non poſſe Proregem per Collaterale Conſilium quòque cauſas illius delegare , ejuſque juriſdictionem præveniri , nèc ad alios prorogari poſſe , & hujuſmodi , ſtatim cognoſcemus , Subditos Regiæ Dohanæ coràm Judice litterarum Colibyſticarum trahi non poſse.

Animadvertere tamèn debemus litteras Collybiſticas , vel cambii , de quibus noſtra (1) ſanctio loquitur , non eſse quas nos vùlgò tales vocamus , quæ valdè differunt , & omni carent requiſito a lege diſpoſito , nèc executiva paratæ executionis via debitores aretare poſsunt : ſed potiùs ſunt quodammodò obligationes penès acta Judicis volontarii , ſivè Tabellionis factæ , modò tamen privato : Undè procul dubio , vim , & virtutem earum habere non poſsunt , de quibus pragmaticæ loquuntur , & præſertim contra Regiæ Dohanæ ſubditos tàm privilegiatos , nè ab eorum exercitio Regio Ærario perutili diſtrahantur : atſi de veris litteris Collybiſticis ſecundùm pragmaticas ſermo ſit , idem concludimus , nàm privilegium noſtrum ſemper idem eſse fatemur.

(1) *pragm.1.2.& alibi,de litter.Camb.*

Prò cujus rei confirmatione, notandum prò litteris cambii Juriſdictionem ab aliis Judicibus fuiſse abdicatam , & ſupremo Collateralis Conſilii Senatui tributa , ſivè reſervata anno 1617. à noſtra *Sanctione 5. §. 7. de litter. camb.* ob aliqualem negotiationis regulam æconomicam : Juriſdictionem verò Dohanalem à Rege motu proprio in anno 1447. Dohanerio conceſsam fuiſse , & ſucceſſivè ſemper Regalibus Cædulis confirmatam , àc ſimùl ab omnibus aliis Judicibus abdicatam ; Sicuti noviſſimis temporibus ab Hiſpaniarum Monorcha Carolo (2) II. fœliciſſimæ memoriæ , cognoſcente Regii Ærarii deteriorationem ob Dohanalis fori inobſervantiam , ſpeciali diplomate juſsum fuit , forum Dohanalem illibatum conſervari , àc quæcumque Tribunalia , etiam ſuprema Regiæ Dohanæ litteris hortatorialibus obtemperare , & penitùs in illis cauſis ſe intromictere : quod & confirmatum expreſſis litteris (3) noſtri

(2) *in pragm. 79. §. 38.de offic.procur.Caſar.*

(3) *.in diplom.ſub die 4.Ict.1722.*

ſtri Invictiſſimi Caroli VI. Imperatoris Auguſtiſſimi. Poſitis igitùr Regalibus cartis antiqui, & ultimi temporis prò foro Dohanali expeditis, quomodò derogari poterit dicto foro, non videmus! nec capimus quomodò potuiſset Vicarius Regis (1) etiam per Collaterale Conſilium tollere noſtrum privilegium, ſpecialem Regis legem prò utilitate sui Ærarii, & Reipublicæ, æconomica ratione, & politica conceſsum.

(1) *l. ſi hominem, ibi DD., ff. mandat.*

Inſupèr privilegium litterarum cambii eſt conceſsum, quia poſtulatum (2) à mercatoribus eorum favore conceſsum prò faciliori exactione: adeòque poſsunt eo non uti, ac à debitoribus opponi non poteſt declinatoria Judicis; (3) nàm mercatores ubi magis ſibi expediri videbitur prò exactione eorum Creditorum, ibi poſsunt debitores coarctare vigore litterarum cambii, prò ut de praxi nobis (4) textatur Riccius. Unde privilegium noſtrum tanquàm à Principe motu proprio conceſſum, latiſſimè eſt extendendum (5) quo ad res, perſonas, tempus, modum agendi, & quo ad omnia cauſarum genera, etiam in tertii præjudicium, quod non habetur, nèc cauſatur à privilegio poſtulato, (6) ideoque inferioris conditionis eſſe videtur.

(2) *pragm. 1. de litter. camb.*

(3) *Alexius ad conſul 146. Latr. n. 4. Mauſ. de cauſ. execut. qu. 15. n. 17.*

(4) *in prax. civil. lib. 3. n. 6. de litter. camb.*

(5) *Tappat. var. jur. ſentent. tit. 55. de privil. cap. 2.*

(6) *Argum. eorum, quæ deſcribuntur in deciſ. 544. de Franch. & ejus addent. præſertim in de Luc. n. 3. Merlin. cent. 1. controv. 8. n. 6. & gl. in l. 12. in verb. novo, ff. ſi quis cautione.*

His ergò, & aliis inſpectis, ſemper noſtrum argumentum confirmandum videtur; nàm relata (7) Sanctio *anni* 1617. *de litter. camb.* non intellexit, nèc intelligere potuit, ſubejus diſpoſitione ſubditos Regiæ Dohanæ comprehendere.

(7) *pragm. 5.*

Non intellexit, nàm ſupremus ille Senatus benè ſciebat forum Dohanalem à retro Sereniſſimis Regibus conceſſum fuiſſe, unicum fundamentum eſſe, ac baſim hujus Regii Ærarii, quò mediante augetur regale patrimonium; pròut multoties dictum eſt: ideòque ad id quare ſe opponere volebat, & poterat; & principem cauſam hujus privilegii deſtruere?

Nèc intelligere potuit; nàm diſponens dictus Senatus aliquam negotiationis, ſivè mercaturæ regulam inter exteras nationes, & Regnicolas, rectè

rectè ſciebat in ea ſubponi non poſſe eas perſonas (ſubditos ſcilicet Regiæ Dohanæ) quæ tantummodò incumbunt ad ruſticitatis ſimplicitatem, & rem pecudum neceſſariam, camporumque culturam non longè à tuguriis vitam trahentes, negotiantes non alienigenis, ſed cum Regio Fiſco tantùm, qui ſibi eas reſervavit: unde contrarium ſupponi, eſſet Regale patrimonium penitùs deſtrui: nàm deſtrueretur forus Dohanalis, medium tantæ induſtriæ, utilitatis Regiæ Curiæ, Reipublicæ, & privatorum.

Etſi ſolo Dohanerio dictum legimus, *vos tantùm . . . ità quod nullus præter vos . . . ſe modo aliquo intromittat*: & ipſi conceſſam plenam facultatem Juriſdictionis Civilis, & Criminalis, *cum mero, & mixto imperio, & gladii poteſtate*, in ejus ſubditos, ità quod ipſe tantùm Dohanerius procedit in cauſis omnibus cujuſcumque generis; quomodò inde poterit in eos alius Judex ſe intromittere, qui prò baſi ejus fori aliud non habet, quàm aliquam fictam ſcripturæ formam? & poterit homo ſanæ mentis concludere, ſubditos Regiæ Dohanæ Regali Privilegio vallatos cedere foro ſcripturæ conceſſo? Si ità, valeat Regia Dohana, nàm deperdita eſſet, & tali modo jam eſſet extinctus ejus forus, annihilatum privilegium, deperditum Regis Ærarium! majorque ratio viget, nam ſi hoc litteris Collybiſticis practicandum foret, quare non reſpectu Inſtrumentorum quarantigia privilegiatorum in Magna Curia liquidandorum? vel cùm Delegationibus exterarum nationum, vel aliarum ſcripturarum, cauſarum, & perſonarum? quæ omnia ſecùs ſe habent, & noſtro privilegio cedunt: unde & in ipſa Dohana Inſtrumenta liquidari praxis inolevit, non ſecùs àc liquidantur in Curia (1) magni Admirati ob ejus privilegium abdicativum.

Inſuper quomodò verificari poſſet Regiam Dohanam ſuorum ſubditorum in prima inſtantia neceſſarium (2) eſſe Judicem, & privativè ad Regiæ Cameræ Summariæ Tribunal ejus Judicem

(1) *Frecc. de ſubfeud. lib.1.tit.31.Sanfel.deciſ. 419.n.67. Capibl.pragm. 8.de Baron.par.1.n.2.*

(2) *de Marin.ad Revert.deciſ.526.*

cem competentem, & Superiorem, ſi quòque in prima inſtantia cauſas ſubditorum amitteret? Immò hac facultate, & jure ſpoliaretur; nàm ſecùs tanti privilegii tot leges, ſtatuta, & pragmaticæ rumperentur, quod aliter eſſe demonſtravimus.

Undè ſi etiam cambii litteræ verè eſſent ſcripturæ illæ, quæ in Apulia practicantur; vel ſi veras Collybiſticas litteras mercaturæ cauſa Dohanalis ſubditi facerent, certè aliud prò pejori eorum lettura concludi non poſſet, quàm litteras exequutoriales coràm illarum Judice expediri, quibus expeditis, poſteà functus eſſet ſuo Officio Judex ille ergà ſubditos Dohanales: Sed ad ulteriora, ſi opus eſſet procedi, in Regia Dohana procedendum eſſe, etiam circa executionem, rectè intuens; & conſiderans, negare non poteſt; proùt ſi condemnatus fuerit Clericus prò cauſa in foro ſæculari vertente, anteàquam talis eſſet, non poteſt exequi ſententia, niſi à ſuo (1) ordinario: quid ergò dicendum de ſubditis Regiæ Dohanæ; qui dictis cambii litteris conveniuntur tempore, quo jam ſunt illius privilegio corroborati, & privilegio forsàn inferiori illo Clericatus?

(1) *Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, ut lit. pendent. Vrſill. ad deciſ. 231. Afflict. de Franch. in dec. 545.*

Hæc omnia de Dohanali Juriſdictione, etſi alia ſcribi poſſent, ſufficere arbitramur: proteſtantes, veritati, àc ingenuitati ſtuduiſse; nàm ſemper privilegii objectum, cauſam intrinſecam, & finem, inſpiciendum eſſe, opus eſt: quibus inſpectis alitèr dici non poteſt.

Laus Deo omn. miſer. Deiparæ, omnibuſque Sanctis.

Digitized by Google

REGĖSTRUM

A, B, C, D, E, F, G, H,
I, K, L fogli ;. M mezzo.

MINOREN, MDCCXXVII.

Superiorum Licentia.

Digitized by Google

ANT 1410206

Digitized by Google